C-1

IO. CHRIST. POLYC. ERXLEBEN

PHIL. D. ATQVE PROF. P. O. IN ACADEMIA GEORGIA AVGVSTA, REG. SOCIET. SCIENT. GOETTING. INSTIT. REG. HISTOR. GOETTING. SOCIET. BATAV. PHILOSOPH. EXPERIMENT. ROTERODAMI DICATAE, SOCIET. REG. OECON. CELLENSIS SODALIS; SOCIET. BEROLIN. NATVR. CVRIOS. MEMBR. HONORAR.

SYSTEMA REGNI ANIMALIS

PER

CLASSES, ORDINES, GENERA, SPECIES, VARIETATES

CVM

SYNONYMIA ET HISTORIA ANIMALIVM.

CLASSIS I

MAMMALIA.

Roder, Gottingae, 1777.

Donum Cel. Auctoris.

LIPSIAE

IMPENSIS WEYGANDIANIS

MDCCLXXVII.

SMITHSONIAN
JUN 17 1959
LIBRARY

QL 708 E79 1777 SCNHRB
574 E73
Mamm.

SERENISSIMO

ATQVE

POTENTISSIMO PRINCIPI

AC DOMINO

GEORGIO III

MAGNAE BRITANNIAE, FRANCIAE,

HIBERNIAE

REGI

DEFENSORI FIDEI

DVCI BRVNSVICENSIVM ET LVNEBVRGENSIVM

S. R. I. ARCHITHESAVRARIO ET

PRINCIPI ELECTORI

DOMINO SVO CLEMENTISSIMO.

In Academia TVA Goettingenſi, REX CLEMENTISSIME eruditus, inque eadem poſtea conſtitutus publicus profeſſor, TVISque ſtipendiis, vt aliis ſermonibus et ſcriptionibus proſim, nutritus, AVGVSTISSIMO TVO NOMINI iſtum praecipue librum inſcribendum iudicaui, quem vix conſcripſiſſem, niſi bibliotheca Georgiae TVAE Auguſtae maxime adiutus. Ea

 autem

autem potiſſimum cura ſubit animum, vt quae TIBI, REGVM OPTIME, dicantur, TE digna ſint. Heic tamen non habeo, quae excuſationi mihi eſſe poſſint praeter ea, quae olim apud Veſpaſianum ſuum Plinius: et Diis ruſticos multasque gentes ſupplicare, et mola tantum ſalſa litare, qui non habent thura.

MAIESTATI TVAE

deuotiſſimus

Io. Chriſt. Polyc. Erxleben.

PRAEFATIO.

Animus fuit in conſcribendo libro, cuius priorem edo particulam, primo catalogum animalium locupletiorem exhibendi iſtis, qui in ſyſtemate naturae perilluſtris LINNEI, aliisque libris offenduntur, dein ſynonyma plura ex auctoribus collecta tradendi ſuisque quaelibet ſpeciebus tribuendi, quam quae LINNEVS habet, iique qui huius viri immortalis veſtigia preſſere.

Diſpoſui itaque, quae mihi innotuerunt ex Mammalium claſſe animalia, hanc enim ſolam hodie abſolutam edo, tam propriis obſeruationibus, quam auctorum lectione. Genera ſtabiliui, quae mihi maxime naturalia viſa, nullius iurans in verba magiſtri; ſpecierum characteres erui, varietates praecipuas notaui, in has minus tamen curioſus quam in ipſas ſpecies.

Synonyma, cum vix ac ne vix quidem vmquam omnia ex auctoribus colligere me poſſe mox intelligerem, maiorem tamen eorumdem copiam attuli quam quae apud vllum alium occurrit auctorem, cum octo circiter millia ex quadringentis fere voluminibus hauſta ſynonyma ad Mammalia animalia ſpectantia collegerim, inque hoc libro iam ſiſtam. Inter haec autem

ne vnicum quidem eſſe, quod non ipſe euolverim atque ex auctore ſuo deſcripſerim, fidem dare poſſum, pauciſſimis iis exceptis, quae ſigno peculiari (†) notaui, ex auctoribus deſumtis, quos mihi ipſi videre nondum licuit. Varietatum ſynonyma minus curaui.

Neque autem mutaui ſynonyma auctorum, ne verbo quidem; quod ab aliis haud bene factum credo; neque latino ſermone deſcripſi, quae alia lingua impoſita ſunt nomina animalibus ab ipſis auctoribus. Omnia chronologico ordine diſpoſui, vt eo melius ex ipſa ſynonymia pateſcat artis progreſſus, quamuis id incommodi habeat is ordo, vt ſaepius repetenda eſſent varia nomina, quae alias magis contrahi potuiſſent.

In figuris animalium citandis ſemper fere diſtinxi bonas a mediocribus, vtrasque a malis et peſſimis, nec non quae ex viuo, vt dicunt, paratae ſunt, a deſcriptis. Cum vero nonnullorum auctorum, EDWARDSII, BVFFONII, aliorumque figurae tantum non omnes bonae, imo optimae, ſunt, de his raro aliquid monui, niſi vbi notandus erat aliquis defectus.

Nomina animalium, quibus appellantur hodie apud varias orbis gentes, ſedulo conquiſiui. Maximi heic mihi adiumenti fuit, quod gratiſſima profecto mente publice teſtandum eſt, ſingularis

gularis beneuolentia, qua collega aeſtumatiſſimus, IO. ANDR. DIEZE vir doctiſſ. nomina animalium hiſpanica, luſitanica, italica, anglica, ſaepe etiam gallica, quae compilaueram, accuratius examinare, corrigere vehementerque augere aliis mihi plane ignotis voluit. Hoc ſcilicet ſtudio pro ea, qua pollet vir doctiſſimus erga omnes litterarum cultores humanitate, eaque qua me ſuſcepit amicitia, eo magis gratum vtileque lectoribus opus profecto effecit; me vero ſibi obſtrictiſſimum reddidit, qui praeter ea cum reliquis, qui bibliothecae academicae Georgiae Auguſtae praeſunt viris doctiſſimis, libris mihi nondum notis ad ſcopum meum facientibus indigitandis afferendisque maxime proficuum operi, quod hic ſiſto, ſe praebuit.

Libros porro aliquot in bibliotheca academica nondum exſtantes rarioresque, pro ſuo in me fauore lubentiſſime, quod gratiſſima recolo mente, communicauit CHRIST. GVIL. BÜTTNER vir doctiſſ.

Iniuſtum autem foret, ſi intactum illaudatumque hic dimitterem IVST. CHRIST. LODER virum clariſſ. hiſtoriae naturalis atque medicae artis cultorem apud nos feliciſſimum, quem praecipue adiutorem, eumque indefeſſum maxime atque ſedulum, habui in colligendis atque ordi-

nandis nominibus ex Ruſſorum, Tunguſorum, Buraetorum etc. linguis deſumtis. Nil vere ſine iſto in his praeſtitiſſem, cum ne legere quidem, quae Ruſſorum characteribus ſcripta ſunt, ante ſciuerim, quam amicitia viri clariſſimi frui licuerit.

Abſoluto denique opere, typisque fere exſcripto, hungarica animalium mammalium nomina beneuole communicauit Generoſiſſimus IOSEPHVS DE PODMANICZKY, Nobilis Hungarus, notato ſimul adiectis in parentheſi litteris ſono, quo pronuntianda ſunt. Haec eo gratiora fore lectoribus iudicaui, quo rarius apud alios occurrunt auctores, addidique ſub fine voluminis.

Atque haec fere ſunt, quae monenda heic habui. Simili ſtudio et reliquas regni animalis claſſes complecti animus eſt, multaque eo facientia iam collegi; quando vero alteram, Auium, claſſem abſoluere liceat, multis aliis negotiis obrutus hactenus neſcio. Goettingae, menſe Nouembri, CIↃIↃCCLXXVI.

CATA-

CATALOGVS

Voluminum eorumque editionum quibus vſus ſum.

Act. holmienſ. Der königl. ſchwed. Academie der Wiſſenſchaften Abhandlungen, aus dem Schwed. überſ. durch Abr. Gotth. Käſtner, Hamb. et Lipſ. 1749 ſeqq. 8 mai.

Act. nidroſ. Der Drontheimiſchen Geſellſchaft Schriften, aus dem Däniſchen überſ. Hafn. 1765 ſeqq. 8.

Act. vpſal. Acta ſocietatis regiae ſcientiarum vpſalienſis, Holm. 1744 ſeqq. 4.

Adanſ. Seneg. Hiſtoire naturelle du Senegal, par M. Adanſon, à Paris 1757, 4 mai.

Aelian. anim. Aeliani de natura animalium Libri XVII cum animaduerſionibus Conr. Geſneri et Dan. Wilh. Trilleri, curante Abr. Gronouio, Lond. 1744, 4 mai.

Agric. an. ſubt. Georgii Agricolae de animantibus ſubterraneis liber, Witteb. 1614, 8.

Agric. monogr. Ioh. Georg. Agricola von des Hirſchens Natur und Eigenſchaft, Amberg. 1603, 4. †

Albin birds A natural hiſtory of birds illuſtrated with a hundred and four Copper-plates, by Eleaz. Albin, Lond. 1731 - 1738, 4; Vol. I - III.

Aldrov. biſulc. Vlyſſ. Aldrouandi quadrupedum omnium biſulcorum hiſtoria, Bonon. 1642, fol.

Aldrov. digit. Vlyſſ. Aldrouandi de quadrupedibus digitatis viuiparis L. III et de quadrupedibus digitatis ouiparis L. II Bonon. 1645, fol.

Aldrov.

Aldrov. ornith.	Vlyſſ. Aldrouandi ornithologia, Bonon. 1646, fol. Tom. I-III.
Aldrov. piſc.	Vlyſſ. Aldrouandi de piſcibus L. V et de Cetis Lib. vnus, Bonon. 1638, fol.
Aldrov. ſolid.	Vlyſſ. Aldrouandi de Quadrupedibus ſolidipedibus L. Bonon. 1647, fol.
Aleſſ. quadrup.	Animali quadrupedi tolti dal naturale diſſegnati, inciſi e miniati co i lor veri colori da Innoc. Aleſſandri e Pietr. Scataglia, in Venez. 1771-1775, fol. mai. Tom. I-IV.
Allam. Buff. hiſt. nat.	Editio batana operis Buffoniani, quam curavit doctiſſ. Allamand. †
Alpin. Aeg.	Proſp. Alpini hiſtoria Aegypti naturalis, Lugd. bat. 1735, 4.
Anderſ. Isl.	Herrn Ioh. Anderſon Nachrichten von Island, Grönland und der Straſſe Davis, Frankf. und Leipz. 1747, 8.
Anſon voy.	A voyage round the world in the years 1740, 1, 2, 3, 4 by George Anſon Eſq. compiled — by Rich. Walter Lond. 1748, 4 mai.
Argenſ. Molucc.	The diſcovery and conqueſt of the Molucco and Philippine Islands, written in Spaniſh by Bartholomew Leonardo de Argenſola, Lond. 1708, 4.
Ariſt. hiſt. anim.	Ariſtotelis hiſtoria de animalibus, Iul. Caeſ. Scaligero interprete, cum eiusdem commentariis, Toloſ. 1619, fol.
Art. deſcript.	Petr. Artedi Deſcriptiones ſpecierum piſcium, Lugd. bat. 1738, 8.
Art. gen.	Petr. Artedi genera piſcium, Lugd. bat. 1738, 8.
Art. ſynon.	Petr. Artedi ſynonymia nominum piſcium, Lugd. bat. 1738, 8.
Bancr. Guian.	An eſſay on the natural hiſtory of Guiana in South America, in ſeveral letters from a Gent-

a Gentleman of the medical faculty (Edw. Bancroft) Lond. 1769, 8 mai.

Barbot Guin. A deſcription of the Coaſts of North and South-Guinea and of Etniopia inferior, vulgarly Angola, by Iohn Barbot; *in Churchill's collect. II p.* 1.

Barr. Fr. équ. Eſſai ſur l' hiſtoire naturelle de la France équinoxiale, par Pierre Barrere, à Paris 1749, 12.

Barthol. act. hafn. Thom. Bartholini Acta medica et philoſophica hafnienſia ann. 1671 et 1672 Hafn. 1673 ſeqq. 4.

Bauh. monogr. Caſp. Bauhini de lapidis Bezaar ortu, natura, differentiis veroque vſu Liber, Baſil. 1613, 8.

Bell trav. Travels from St. Petersburg in Ruſſia to diverſe parts of Aſia by Iohn Bell, Glasgow 1763, 4; Tom. I et II.

Bellon. aquat. Petr. Bellonii de aquatilibus Libri II, Pariſ. 1553, 8 long.

Bellon. obſ. Petri Bellonii obſeruationes tribus libris expreſſae, Antwerp. 1605, fol.

Bellon. oiſ. L'hiſtoire de la nature des oyſeaux avec leurs deſcriptions et naïſs portraicts retirez du naturel par Pierre Belon du Mans, à Paris 1555, fol.

Bellon. poiſſ. L' hiſtoire naturelle des eſtranges poiſſons marins, par Pierre Belon du Mans, à Paris 1551, 4.

Bergen orat. Car. Aug. a Bergen oratio de Rhinocerote, Francof. ad V. 1746, 4. †

Berl. Samml. Berliniſche Sammlungen zur Beförderung der Arzneywiſſenſchaft, der Naturgeſchichte etc. Berolin. 1768 ſeqq. 8.

Bernier voy. Voyages de François Bernier, contenant la deſcription des etats du Grand Mogol etc. à Amſterd. 1699, 12; Tom. I, II.

Blumenb.

Blumenb. gen. hum. var. Io. Frid. Blumenbach diſputatio de generis humani varietate natiua, Goett. 1775, 8.

Bom. dictionn. Dictionnaire raiſonné univerſel d'hiſtoire naturelle par M. Valmont de Bomare, à Paris 1768, 4 mai. Tom. I-IV.

Bont. Ind. or. Iacobi Bontii hiſtoriae naturalis et medicae Indiae orientalis L. VI cum Guil. Piſonis de Indiae vtriusque re naturali et medica L. XIV Amſtel. 1658, fol.

Borr. Cochinch. An Account of Cochinchina by Chriſtopher Borri; *in Churchill's collection II p.* 787.

Boſſm. Guin. Reiſe nach Guinea durch Wilh. Boſſmann, Hamb. 1708, 8.

Boullaye voy. Les voyages et obſervations du Sieur de la Boullaye-le-Gouz, à Paris, 1657, 4.

Bradl. nat. A philoſophical account of the works of nature, by Rich. Bradley, Lond. 1721, 4 max.

Bresl. Samml. Sammlung von Natur- und Medicin-wie auch hierzu gehörigen Literaturgeſchichten, Leipz. 1717-1730, 4.

Brick. North-Carol. The natural hiſtory of North-Carolina, by Iohn Brickell, Dublin, 1737, 8.

Briſſ. regn. an. Regnum animale in claſſes IX diſtributum: Le regne animal diviſé en IX claſſes, par M. Briſſon, à Paris 1756, 4 mai.

Brown. Iam. The civil and natural hiſtory of Iamaica, by Patrick Browne, Lond. 1756 fol.

Bruin Reiz. Cornelis de Bruins Reizen over Moskovie, door Perſie en Indie, Amſterd. 1711 fol.

Buff. hiſt. nat. Hiſtoire naturelle générale et particuliére, avec la deſcription du cabinet du Roi, par MM. de Buffon et D'aubenton, à Paris 1749-1767, 4 mai. Tom. I-XV.

Caeſ. Gall. C. Iul. Caeſaris de bello gallico Libri VIII.

Caſtelli monogr. De hyaena odorifera ἐξέτασις Petri Caſtelli, Francof. 1641, 12.

Caresb.

Cateſb. Carol. The natural hiſtory of Carolina, Florida and the Bahama Islands by Mark Catesby, Lond. 1731, fol. mai. Tom. I, II.

Cauche Madag. Relations veritables et curieuſes de l'isle de Madagaſcar et du Breſil, à Paris, 1651, 4.

Chardin voy. Voyages du Chevalier Chardin en Perſe et autres lieux de l'Orient, à Amſt. 1735, 4; Tom. I-IV.

Charlet. exerc. Gualt. Charletoni exercitationes de differentiis et nominibus animalium, Oxon. 1677, fol.

Charlev. nouv. Fr. Hiſtoire et deſcription generale de la nouvelle France, par le P. de Charlevoix, à Paris 1744, 4; Tom. I-III.

Church. collect. A collection of voyages and travels, Lond. 1704, fol.

Cieza Peru The ſeventeen years travels of Peter de Cieza through the mighty Kingdom of Peru, Lond. 1709, 4.

Cluſ. exot. Car. Cluſii exoticorum L. X Antwerp. 1605, fol.

Column. aquat. Aquatilium et terreſtrium aliquot animalium aliarumque naturalium rerum obſeruationes Fabio Columna auctore; *in* Eiusdem minus cognitarum rariorumque ſtirpium Ecphraſi, Rom. 1616, 4.

Comm. petrop. Commentarii academiae ſcientiarum imperialis petropolitanae, Petrop. 1726 - 1752, 4 mai. Tom. I - XIV.

Condam. voy. Relation abregée d'un voyage fait dans l'interieur de l'Amerique méridionale par M. de la Condamine, à Paris, 1745, 8.

Cranz. Groenl. Dav. Cranz Hiſtorie von Grönland, Barby, 1765, 8.

Dampier voy. Nouveau voyage autour du monde par Guill. Dampier, à Rouen 1723, 8; Tom. I - V.

Dapp. Afr. Umſtändliche und eigentliche Beſchreibung von Africa, durch O. Dapper, Amſterd. 1670, fol.

De la Caille voy. Iournal hiſtorique du voyage fait au Cap de bonne eſperance, par M. de la Caille, à Paris 1763, 12.

Della Valle voy. Les fameux voyages de Pietro della Valle à Paris 1662, 4; Tom. I-IV.

Des March. voy. Voyage du Chevalier Des Marchais en Guinée, à Amſterd. 1731, 8, Tom. I-IV.

Dictionn. anim. Dictionnaire raiſonné et univerſel des animaux par M. D. L. C. D. B. à Paris 1759, 4 mai. Tom. I-IV.

Dierev. Acad. Relation du voyage du Port Royal de l' Acadie ou de la nouvelle France, par M. Diere'ville, à Amſterd. 1710, 8.

Dobbs Hudſ. An account of the countries adjoining to Hudſon's bay by Arthur Dobbs Eſq. Lond. 1744, 4.

Du Halde Chin. Deſcription géographique, hiſtorique, chronologique, politique et phyſique de l'empire de la Chine et de la Tartarie chinoiſe, par le P. I.B. du Halde, à la Haye 1736, 4; Tom. I-IV.

Du Pratz Louiſ. Hiſtoire de la Louiſiane, par M. Le Page du Pratz, à Paris 1758, 8; Tom. I-III.

Du Tertre Antill. Hiſtoire generale des Antilles par le R. P. Du Tertre, à Paris 1667, 4; Tom. I-III.

Edw. birds A natural hiſtory of Birds, by George Edwards, Lond. 1743-1751, 4; Tom. I-IV.

Edw. glean. Gleanings of natural hiſtory, by George Edwards Lond. 1758-1764, 4; Tom. I-III.

Edw. monogr. Edwards Beſchreibung des Sanglins oder kleinern Cagui, Hamb. 1773, 4.

Egede Groenl. Deſcription et hiſtoire naturelle du Groenland par M. Egede, à Copenh. 1763, 8.

Ellis

Ellis Hudſ. Heinr. Ellis Reiſe nach Hudſons Meerbuſen, Goett. 1750, 8.

Fermin Surin. Phil. Fermins hiſtoriſch phyſikaliſche Beſchreibung der Kolonie Surinam, aus dem Franz. überſ. Berlin 1775, 8; Tom. I, II.

Fernand. anim. Hiſtoriae animalium et mineralium nouae Hiſpaniae lib. I Franc. Fernandez authore; *in Hernandezii (eiusdem auctoris) rer. medic. theſauro.*

Feuill. Iourn. Iournal des obſervations, phyſiques, mathematiques et botaniques, faites par l'ordre du Roi ſur les côtes orientales de l'Amerique meridionale etc. par le R. P. Louis Feuillée, à Paris 1714, 4; Tom. I-III.

Flacourt Madag. Hiſtoire de la grande isle Madagaſcar, composée par le Sieur de Flacourt, à Paris 1658, 4.

Forsk. fn. orient. Petr. Forskål faunae orientalis conſpectus; in eiusd. deſcriptionibus animalium quas in itinere orientali obſeruauit, Haun. 1775, 4.

Frezier voy. Relation du voyage de la mer de Sud aux côtes du Chili, du Perou et du Breſil, par M. Frezier, à Amſt. 1717, 8; Tom. I, II.

Friſch Vögel Ioh. Leonh. Friſch Vorſtellung der Vögel in Teutſchland, Berlin, fol.

Froger voy. Relation d'un voyage fait en 1695, 1696 et 1697 aux côtes d'Afrique, Detroit de Magellan, etc. par le Sieur Froger, à Paris 1699, 8.

Garc. arom. Aromatum et ſimplicium aliquot medicamentorum apud Indos naſcentium hiſtoria conſcripta a D. Garçia ab Horto; *in Cluſii exot.*

Geſn. aquat. Conr. Geſneri hiſtoriae animalium Lib. IIII qui eſt de piſcium et aquatilium animantium natura, Tiguri 1558, fol.

Geſn. av. Conr. Geſneri hiſtoriae animalium Lib. III qui eſt de auium natura, Tiguri 1555 fol.

Geſn. Fiſchb. Conr. Geſneri vollkommenes Fiſchbuch, Frankf. 1670, fol.

Geſn. quadrup. Conr. Geſneri hiſtoriae animalium Lib. I de Quadrupedibus viuiparis, Tiguri 1551 fol.

Geſn. Thierb. Allgemeines Thierbuch, durch Conr. Geſnerum in lateiniſcher Sprache beſchrieben, durch Conr. Forerum ins Teutſche überſ. Frankf. 1669, fol.

I. G. Gmel. Sibir. Ioh. Georg Gmelins Reiſe durch Sibirien, Goett. 1751, 8; Tom. I-IV.

S.G. Gmelin Reiſ. Sam. Georg. (*erronee pro Gottlieb*) Gmelins Reiſe durch Ruſsland zur Unterſuchung der drey Naturreiche, Petersb. 1770 ſqq. 4 mai. Tom. I-III.

Grab. monogr. Io. Andr. Grabae elaphographia ſ. deſcriptio Cerui, Ien. 1667, 8. †

Grew muſ. reg. ſoc. Muſaeum regalis ſocietatis, or a Catalogue and deſcription of the rarities belonging to the Royal Society, by Nehem. Grew, Lond. 1686, fol.

Gronov. zooph. I. Laur. Theod. Gronouii Zoophylacii Gronouiani faſciculus primus, Lugd. bat. 1763, fol.

Gum. Orin. El Orinoco illuſtrado y defendido, por el Padre Ioſeph Gumilla, en Madrid 1745, 4; Tom. I, II.

Hallen vierf. Die Naturgeſchichte der Thiere in ſiſtematiſcher Ordnung. Die vierfüſſigen Thiere, von Ioh. Sam. Haller (falſo pro Hallen) Berl. 1757, 8.

Hartenfels monogr. Elephantographia curioſa, ſeu Elephanti deſcriptio, authore D. Geo. Chph. Petri ab Hartenfels, Erford. 1715, 4.

Haſſelqu. Palaeſt. Frid. Haſſelquiſts Reiſe nach Palaeſtina, aus dem Schwed. überſ. Roſtock 1762, 8 mai.

Hawkesw.

Hawkesw. Seereiſ. Geſchichte der Seereiſen und Entdeckungen im Südmeer von Ioh. Hawkesworth, aus dem Engl. überſ. von Ioh. Frid. Schiller, Berlin 1774, 4 mai. Tom. I-III.

Heinſ. monogr. Vdalr. Heinſii diſſertatio de Alce, Ien. 1697, 4.

Hernand. Mex. Rerum medicarum nouae Hiſpaniae theſaurus, ſeu plantarum, animalium, mineralium mexicanorum hiſtoria, ex Franc. Hernandez relationibus a Nardo Ant. Reccho collecta, Rom. 1651, fol.

Hill anim. An hiſtory of animals, by Iohn Hill, Lond. 1752, fol.

Hiſt. de l'acad. Hiſtoire de l'academie royale des ſciences, avec les memoires, à Paris 1699 ſeqq. 4.

Höchſtr. Lapp. Petr. Höchſtröms Beſchreibung von dem unter Schwediſcher Crone gehörigen Lappland, aus dem Schwed. überſ. von Templin, 1748, 8.

Houtt. nat. hiſt. Natuurlyke hiſtorie of uitvoerige Beſchryving der Dieren, Planten en Mineralien, volgens het Samenſtel van den Heer Linnaeus, Amſterd. 1761 ſeqq. 8 mai.

Hugh. Barbad. The natural hyſtory of Barbados by the reverend Mr. Griffith Hughes Lond. 1750 fol.

Hulden monogr. Phil. Lib. ab Hulden multifariae vtilitatis Rangifer, Ien. 1696, 4.

Iacob. muſ. reg. Muſeum regium ſeu catalogus rerum tam naturalium quam artificialium quae in Baſilica bibliothec. auguſtiſſ. Daniae Monarchae aſſeruantur deſcriptus ab Olig. Iacobaeo, Hafn. 1696, fol.

Ionſt. av. Io. Ionſtoni theatrum vniuerſale de auibus Heilbr. 1756, fol.

Ionſt. quadrup. Io. Ionſtoni theatrum vniuerſale omnium animalium quadrupedum, Heilbr. 1755, fol.

Ionſt. piſc.	Io. Ionſtoni hiſtoriae naturalis de piſcibus et cetis Libri V, Heilbr. 1767, fol.
Kaempf. amoen. exot.	Engelb. Kaempferi amoenitatum exoticarum politico-phyſico-medicarum faſciculi V, Lemgou. 1712, 4.
Kaempf. Iapon.	The hiſtory of Iapan, by Engelb. Kaempfer, Lond. 1727, fol.
Kalm Amer.	Pet. Kalms Beſchreibung der Reiſe nach dem nördlichen America, Goett. 1759, 8; Tom. I-III.
Klein. miſſ. piſc.	Iac. Theod. Klein hiſtoriae piſcium naturalis promouendae miſſus I-V, Ged. 1040-1749, 4 mai.
Klein. prodr. av.	Iac. Theod. Klein hiſtoriae auium prodromus, Lubec. 1750, 4.
Klein. quadrup.	Iac. Theod. Klein Quadrupedum diſpoſitio breuisque hiſtoria naturalis, Lipſ. 1751, 4.
Knorr delic.	Deliciae naturae ſelectae, oder auserleſenes Naturaliencabinet ehemals herausgegeben von Georg. Wolfg. Knorr, beſchrieben von Phil. Lud. Stat. Müller Nürnb. 1766 fol. mai. Tom. I, II.
Knox Ceylon.	An hiſtorical relation of the Island Ceylon, by Rob. Knox, Lond. 1681, fol.
Kolbe Vorgeb.	Vollſtändige Beſchreibung des africaniſchen Vorgebirges der guten Hoffnung von M. Pet. Kolben, Nürnb. 1709, fol.
Kram. Auſtr.	Guil. Henr. Kramer elenchus vegetabilium et animalium per Auſtriam inferiorem obſervatorum, Vienn. 1756, 8.
Laet Amer.	Nouus orbis ſeu deſcriptionis Indiae occidentalis L. XVIII auth. Io. de Laet, Lugd. bat. 1633, fol.
Laur. muſ. reg.	Muſeum regium ſeu catalogus rerum tam naturalium quam artificialium etc. ab Olig. Iacobaeo quondam deſcriptus, nunc vero illuſtratus accurante Ioh. Lauerentzen Hafn. fol.

Lawſon

Lawſon Carol. A new voyage to Carolina, by Iohn Lawſon, Lond. 1709, 4. *Conuenit cum editione hac etiam pagina altera ſub titulo:* the Hiſtory of Carolina by Iohn Lawſon, Lond. 1718, 4; *cui icones additae ſunt, quas non reperio in priore.*

Laxm. Sibir. br. M. Erich Laxmann's Sibiriſche Briefe herausgegeben von Aug. Ludw. Schlözer, Goett. 1769, 8.

Ligon Barbad. A true and exact hiſtory of the Island of Barbados, by Rich. Ligon, Lond. 1657 fol.

Linn. amoen. acad. Car. Linnaei amoenitates academicae, Holm. 1749-1769, 8 mai. Tom. I-VII. *Tomi prioris editione lugdunenſ.* 1749 *vſus ſum.*

Linn. fn. ſuec. 1. Car. Linnaei Fauna ſuecica, Lugd. bat. 1746, 8.

Linn. fn. ſuec. 2. Car. Linnaei Fauna ſuecica, ed. altera auctior, Stockh. 1761, 8.

Linn. Gothland. / *Linn. Oeland.* } Carls von Linné Reiſen durch Oeland und Gothland, aus dem Schwed. überſ. Halle 1764, 8.

Linn. mant. II. Car. a Linné mantiſſa plantarum altera, Holm. 1771, 8. mai.

Linn. muſ. Ad. Frid. I. Car. Linnaei Muſeum Adolphi Friderici Regis, Stockh. 1754, fol. mai.

Linn. muſ. Ad. Frid. II. Car. a Linné Muſeum Adolphi Friderici Regis, Tomi II prodromus, Holm. 1764, 8. mai. cum muſeo Lud. Vlr. reginae.

Linn. Schon. Carl Linnaei Verſuche einer Natur- Kunſt- und Oeconomie hiſtorie ven einigen ſchwediſchen Provinzen, Leipz. 1756, 8.

Linn. ſyſt. nat. 2. Car. Linnaei ſyſtema naturae, Holm. 1740, 8. *Vſus ſum quinta editione, Hall.* 1747 *quae conuenit cum ſecunda.*

Linn. ſyſt. nat. 6. Car. Linnaei ſyſtema naturae, Holm. 1748, 8. *Vſus ſum editione ſeptima, Lipſ.* 1748, *quae conuenit cum ſexta.*

Linn. ſyſt. nat. 10. Car. Linnaei ſyſtema naturae, ed. 10 reformata, Holm. 1758, 8 mai.

Linn. ſyſt. nat. 12. Caroli a Linné Syſtema naturae, ed. 12 reformata, Holm. 1766, 8. mai.

Linn. Weſtgoth. Carls von Linné Reiſen durch Weſtgothland, aus dem Schwed. überſ. Halle 1765, 8.

Lobo Abiſſ. Voyage hiſtorique d'Abiſſinie du R. P. Ierome Lobo, de la comp. de I. trad. du Portugais par M. le Grand, Amſterd. 1728, 8; Tom. I, II.

Ludolf. Aeth. Iobi Ludolfi hiſtoria aethiopica, Francof. 1681, fol.

Ludolf. comment. Iobi Ludolfi ad ſuam hiſtoriam aethiopicam commentarius, Francof. 1691, fol.

Maillet Aeg. Deſcription de l'Egypte compoſée ſur les mémoires de M. de Maillet par M. l'abbé le Maſcrier, à Paris 1735, 4.

Mandelsl. Reiſ. Ioh. Albr. von Mandelslo morgenländiſche Reiſebeſchreibung, Schlesw. 1658, fol.

Marcgr. Braſil. Georg. Marcgrauii de Liebſtad hiſtoriae rerum naturalium Braſiliae Libri VIII, cum Guil. Piſonis de medicina braſilienſi L. IV Lugd. bat. 1648, fol.

Marii monogr. Io. Marii Caſtorologia explicans Caſtoris animalis naturam et vſum, Aug. Vind. 1685, 8.

Marmol Afr. L'Afrique de Marmol, à Paris 1667, 4 Tom. I, II.

Mart. Buff. vierf. Herrn von Buffons Naturgeſchichte der vierfüſſigen Thiere, mit Vermehrungen aus dem Franz. überſ. Berl. 1772 ſeqq. 8.

Mart. Naturlex. Friedr. Heinr. Wilh. Martini allgemeine Geſchichte der Natur in alphabetiſcher Ordnung, Berl. 1774 ſeqq. 8 mai.

Mart. Spitzb. Frid. Martens Spitzbergiſche oder Grönländiſche Reiſebeſchreibung, Hamb. 1675, 4.

Maupert. oeuvr. Oeuvres de Maupertuis. Lyon, 1768, 8; Tom. I - IV.

Mem. de l'acad. vid. *Hiſt. de l'acad.*

Merian. Surin. Mar. Syb. Meriaen over de Voortteeling en wonderbaerlyke Veranderingen der Surinamſche Inſecten, t'Amſterd. 1719, fol.

Meroll.

Meroll. Cong. A voyage to Congo and ſeveral other Countries in the ſouthern Africk by Ierom Merolla da ſorrento; *in Church. collect. I p.* 651.

Meyer Thiere Ioh. Dan. Meyers Vorſtellung allerhand Thiere und ihrer Scelete, Nürnb. 1748 ſeqq. fol. Tom. I-III.

Moncon. voy. Iournal des voyages de Monſieur de Monconys, à Lyon, 1665, 4; Tom. I, II.

Moor. trav. Travels into the inland part of Africa by Francis Moore, Lond. absque anno, 8.

Mort. Northampt. The natural hiſtory of Northampton-ſhire, by Iohn Morton, 1712, fol.

Müll. Dan. prodr. Zoologiae danicae prodromus, auct. Oth. Frid. Müller, Haun. 1776, 8.

Müll. Naturſ. Des Ritters Carl von Linné vollſtändiges Naturſyſtem, ausgefertiget von Phil. Ludw. Stat. Müller, Nürnb. 1773-1776, 8; Tom. I-VI et Suppl.

Müll. Samml. Sammlung ruſſiſcher Geſchichte, Petrop. 1732 ſeqq. 8.

Muſ. Beſler. Rariora Muſei Besleriani, quae olim Baſil. et Mich. Rup. Besleri collegerunt, commentariolo illuſtrata a Io. Henr. Lochnero, 1716, fol.

Muſ. Worm. Muſeum Wormianum, ſeu hiſtoria rerum rariorum etc. Lugd. bat. 1655, fol.

Naturf. Der Naturforſcher, Halle 1774 ſeqq. 8 mai.

Neuh. Geſandſch. Die Geſandſchaft der Oſtindiſchen Geſellſchaft an den Tartariſchen Cham durch Ioh. Neuhof, Amſterd. 1666, 4 mai.

Nieremb. hiſt. nat. Io. Euſeb. Nierembergii hiſtoria naturae maxime peregrinae, Antwerp. 1635, fol.

Nieuh. Braſil. } *Nieuh. Eaſt. Ind.* } Voyages and Travels into Braſil and the Eaſt-Indies, by Mr. Iohn Nieuhoff; *in Church. Collect. II p.* 1.

Nov. comment. petr. Noui commentarii academiae ſcientiarum imperialis petropolitanae, Petrop. 1750 ſeqq. 4.

Ol. Magn. ſept. Hiſtoria de gentibus ſeptentrionalibus, autore Olao Magno, Rom. 1555, fol. min.

Olear. Gott. Kunſtk. Gottorfiſche Kunſtkammer, durch Adamum Olearium, Schlesw. 1674, 4.

Olear. Reiſ. Vermehrte newe Beſchreibung der Muſcowitiſchen und Perſiſchen Reyſe durch Adam Olearius Aſcanius, Schlesw. 1656, fol.

Oppian. cyneg. Oppiani de venatione Lib. IV de piſcatu LV ſtudio et opera Conr. Rittershuſii, Lugd. bat. 1597, 8.

Osb. Oſtind. Pet. Osbeck Reiſe nach Oſtindien und China, aus dem Schwed. überſ. Roſtock 1765, 8.

Ovalle Chile Alonſo de Ovalle hiſtorical relation of the Kingdom of Chile; *in Church. collect. III p.* 1.

Pallas miſcell. P. S. Pallas miſcellanea zoologica, quibus nouae imprimis atque obſcurae animalium ſpecies deſcribuntur, Hag. Com. 1766, 4.

Pallas Reiſ. P. S. Pallas Reiſe durch verſchiedene Provinzen des Ruſſiſchen Reichs, St. Petersb. 1771 ſeqq. 4 mai.

Pallas ſpicil. Petri S. Pallas ſpicilegia zoologica, Berol. 1767 ſeqq. 4 mai.

Parſons monogr. Die natürliche Hiſtorie des Nashorns von D. Parſons aus dem Engl. von Georg Leonh. Huth, Nürnb. 1747, 4.

Paullini monogr. Chriſt. Franc. Paullini Talpa, Francof. 1689, 8.
Chriſt. Franc. Paullini Lagographia curioſa ſ. leporis deſcriptio, Aug. vind. 1691, 8. †

Penn. brit. zool. Britiſh Zoology, Lond. 1763 ſeqq. fol. mai.

Penn. ind. zool. Indian Zoology, by Thom. Pennant, Lond. 1769, fol.

Penn. ſyn. quadr. Synopſis of Quadrupeds, Cheſter, 1771. 8.

Pernetty voy. Hiſtoire d'un voyage aux isles Malouines fait en 1763 et 1764 par Dom Pernetty, à Paris 1770, 8; Tom. I, II.

Perr. anim. Memoires pour ſervir à l'hiſtoire naturelle des animaux, par M. Perrault; *in Memoires de*

de l' acad. roy. des ſciences depuis 1666 juſqu' à 1699 Tom. III Part. I - III, 4.

Petiv. gazoph. Iac. Petiveri Gazophylacium naturae et artis, Lond. 1702 ſeqq. fol.

Philoſ. transact. Philoſophical Transactions; notiſſimum opus prodiens ab anno inde 1665, Lond. 4.

Piſ. Ind. Guil. Piſonis de Indiae vtriusque re naturali et medica L. XIV, Amſtel. 1658, fol.

Plin. hiſt. nat. C. Plinii Secundi naturalis hiſtoriae Libri XXXVII. Citaui capita editionum vulgarium, et Harduini.

Pocock. orient. A deſcription of the Eaſt and ſome other Countries by Rich. Pococke, Lond. 1743, fol. Tom. I, II.

Pontopp. Dan. Den Danske Atlas, eller Konge-Riger Dannemark med dets naturlige Egenſkaber, etc. foreſtillet — ved Erich Pontoppidan, Kiobenh. 1763-1769, 4; Tom. I - V.

Purch. Pilgr. Purchas his Pilgrimes, Lond. 1625 fol. Tom. I-V.

Rai. ſyn. piſc. Io. Raii ſynopſis methodica piſcium, Lond. 1713, 8.

Rai. ſyn. quadr. Synopſis methodica animalium quadrupedum et ſerpentini generis, auct. Io. Raio, Lond. 1693, 8.

Rauwolf. Reiſ. Beſchreibung der Reyſſ Leonhardi Rauwolffen, ſo er vor dieſer Zeit gegen Aufgang in die Morgenländer ſelbſt vollbracht, Frankf. 1582, 4; Tom. I-III.

Red. opuſc. Franc. Redi Opuſcula varia phyſiologica, Lugd. bat. 1729, 2; Tom. I-III.

Riding. jagdb. Th. Abbildung der jagdbaren Thiere mit derſelben angefügten Fährten und Spuhren von Ioh. El. Ridinger, Augsb. 1740, fol. mai.

Rochef. Antill. Hiſtoire naturelle et morale des Iles Antilles de l'Amerique (par Rochefort) à Rotterd. 1665, 4.

Rondel. aquat. Guil. Rondeletii vniuerſae aquatilium hiſtoriae pars altera, Lugd. 1555, fol.

Rondel. piſc. Guil. Rondeletii libri de piſcibus marinis, Lugd. 1554, fol.

Rumph. herb. amb. auct. Geo. Everh. Rumphii herbarii amboinenſis auctuarium, cura et ſtudio Ioh. Burmanni, Amſt. 1755, fol.

Ruſſ. Alepp. The natural hiſtory of Aleppo and parts adjacent, by Alex. Ruſſel M.D. Lond. 1756, 4 mai.

Rytſchk. Orenb. Orenburgiſche Topographie verfaſſet von Peter Rytſchkov, Riga 1772, 8; Tom. I, II.

Rzacz. Polon. Hiſtoria naturalis curioſa regni Poloniae, magni ducatus Lituaniae annexarumque prouinciarum, opera P. Gabriel. Rzaczynski S. I. Sandomir. 1721, 4.

Rzacz. Polon. auct. Auctarium hiſtoriae naturalis-curioſae regni Poloniae etc. ſtudio P. Gabr. Rzaczynski S. I. Ged. 1736, 4.

Scheff. Lappon. Io. Schefferi Lapponia, Francof. 1673, 4.

Scheuchz. it. alp. Itinera per Heluetiae alpinas regiones facta a Io. Iac. Scheuchzero, Lugd. bat. 1723, 4; Tom. I-IV.

Schonev. ichth. Ichthyologia et nomenclaturae animalium marinorum, fluuiatilium, lacuſtrium, quae in ducatibus Slesuici et Holſatiae et emporio Hamburgo occurrunt triuiales, auctore Steph. a Schonevelde, Hamb. 1624, 4.

Schreb. Säugth. Die Säugthiere in Abbildungen nach der Natur, mit Beſchreibungen, Erlang, 1775 ſeqq. 4 mai.

Schroeck. monogr. Luc. Schroeckii exercitatio academica de moſcho, Ien. 1667, 4.

Schultz. bil. De bile medicina diſſ. Io. Domin. Schultze, Goett. 1775, 4.

Schwenckf. theriotr. Caſp. Schwenckfeld theriotrophium Sileſiae, Lignic. 1603, 4.

Seb. theſ. Alb. Sebae locupletiſſimi rerum naturalium theſauri accurata deſcriptio, Amſtel. 1734 — 1765, fol. max. Tom. I-IV.

Shaw trav. Travels, or obſervations relating to ſeveral Parts of Barbary and the Levant, by Thom. Shaw, Oxford 1738, fol. mai.

Sibb. Scot. an. Scotia illuſtrata, ſiue prodromus hiſtoriae naturalis etc. auctore Rob. Sibbaldo, Edinb. 1684, fol. Pars ſecunda ſpecialis: tomus II de animalibus Scotiae.

Sloane Iam. A voyage to the Islands Madera, Barbados, Nieves, S. Chriſtophers and Iamaica, by Hans Sloane, Lond. 1707 - 1725 fol. Tom. I, II.

Stell. Kamtſch. Georg Wilh. Stellers Beſchreibung von dem Lande Kamtſchatka, Frankf. und Leipz. 1774, 8 mai.

Strahlenb. Aſ. Das nord- und oſtliche Theil von Europa und Aſia, ausgefertigt von Phil. Ioh. von Strahlenberg, 1730, 4.

Sulz. monogr. Verſuch einer Naturgeſchichte des Hamſters, von F. G. Sulzer, Goett. 1774, 8.

Tavernier voy. Les ſix voyages de Iean - Bapt. Tavernier, à Paris 1682, 4; Tom. I-III.

Thevenot voy. Relation d'un voyage fait au Levant par M. de Thevenot, à Paris 1665, 4; Tom. I, II.

Thevet coſmogr. La Coſmographie univerſelle d'André Thevet, à Paris 1575 fol. Tom. I, II.

Toreen Surat. Eine oſtindiſche Reiſe nach Suratte, China, etc. verrichtet von Olof Toreen; *cum Osbeckii ſupra citato itinere.*

Tournef. voy. Relation d'un voyage du Levant fait par ordre du Roi par M. Pitton de Tournefort, à Amſterd. 1718, 4; Tom. I. II.

Tulp. obſ. Nic. Tulpii obſeruationes medicae, Amſtel. 1672, 8.

Tyſon monogr. Orang Outang ſiue homo ſilueſtris: or the anatomy of a pygmie, by Edw. Tyſon, Lond. 1699, 4 mai.

Valent.

Valent. Amboin. Omſtandig Verhaal van de Geſchiedeniſſen en Zaaken — in Amboina, door François Valentyn, Dordr. 1726, fol. Operis V voluminum pars III.

Ulloa voy. Voyage hiſtorique de l'Amerique meridionale fait par ordre du Roi d' Eſpagne par Don George Iuan et par Don Antoine de Ulloa, à Amſt. 1752, 4; Tom. I, II.

Wafer voy. Voyage de Mr. Wafer; *in tomo IV itin. Dampierii.*

Wagn. Heluet. Hiſtoria naturalis Heluetiae curioſa. auct. Io. Iac. Wagnero, Tiguri 1680, 12.

Wagn. muſ. baruth. P. C. Wagners Beſchreibung des Bareuther Naturaliencabinets. *Inceptum opus, non abſolutum, absque titulo, editum ab anno inde* 1763 *fol. mai. Vidi tab.* 1 *ad* 16 *et commentarium a pag.* 1 *ad pag.* 28.

Waldung. monogr. Wolffg. Waldungi Lagographia ſ. liber de natura et vtilitate leporum, Amberg. 1619, 4. †

Willughb. piſc. Franc. Willughbeii de hiſtoria piſcium libri IV. Totum opus recognouit, coaptauit, ſuppleuit Ioh. Raius, Oxon. 1686, fol.

Worm. monogr. Ol. Wormii hiſtoria animalis quod in Norwegia quandoque e nubibus decidit, Hafn. 1653, 4. †

Ysbr. Reiſ. Drie-jarige Reize naar China door E. Ysbrants Ides, Amſterd. 1704, 4.

Zerenghi monogr. La vera deſcrittione dell' Hippopotamo, autore Federico Zerenghi da Narni, Napoli, 1603, 4. †

REGNI

REGNI ANIMALIS
CLASSIS I.
M A M M A L I A.

MAXILLAE *incumbentes, tectae:* DENTIBVS *intruſis plerisque.*
MAMMAE *lactiferae.*

* * *

Ordines Claſſis primariae difficulter determinandi, ſi vere naturales quaeris; neque pedibus, neque dentibus diſtinguendi.

Synoptica methodo diſpoſuerunt praecipue e pedum ſtructura Quadrupeda Raius et huic multo inferior Kleinius, poſtea prudentior Pennantus.

Syſtematica methodo e ſolis dentibus deſumta vſus eſt in decima Syſtematis Naturae editione immortalis Linneus; adhibitis ſimul pedibus in duodecima: Briſſonius autem nimis inhaerens minutiis ſolos dentes adhibuit ad diſtinguendos ordines.

Mihi haec generum ſeries arridet, miſſis omnibus in ordines diuiſionibus.

1. HOMO.

Dentes Primores inciſores, ſupra et infra IV.
Laniarii conici, longitudine aequales, approximati.

Manus

Manus in palmis, non in plantis.
Mammae pectorales II.
Cauda nulla.

2. SIMIA.

Dentes Primores inciſores, ſupra et infra IV.
Laniarii ſolitarii, reliquis longiores, ſupra a primoribus, infra a molaribus remoti.
Molares obtuſi V-VI vtrinque.
Manus in palmis plantisque.
Mammae pectorales II.
Cauda nulla.

3. PAPIO.

Dentes Primores inciſores, ſupra et infra IV.
Laniarii reliquis longiores, ſupra a primoribus, infra a molaribus remoti.
Manus in palmis plantisque.
Mammae pectorales II.
Cauda abbreuiata.
Sacci in buccis pro macerando cibo.

4. CERCOPITHECVS.

Dentes Primores inciſores, ſupra et infra IV.
Laniarii reliquis longiores, ſupra a primoribus, infra a molaribus remoti.
Manus in palmis plantisque.
Mammae pectorales II.
Cauda elongata, non prehenſilis.
Nates calloſae.
Sacci in buccis pro macerando cibo.

5. CEBVS.

5. CEBVS.

Dentes Primores inciſores, ſupra et infra IV.

Laniarius vtrinque I.

Manus in palmis plantisque.

Mammae pectorales II.

Cauda prehenſilis.

Nates piloſae.

6. CALLITHRIX.

Dentes Primores inciſores ſupra et infra IV.

Laniarii ſolitarii.

Manus in palmis plantisque.

Mammae pectorales II.

Cauda elongata non prehenſilis.

Nates tectae.

Sacci in buccis nulli.

7. LEMVR.

Dentes Primores ſuperiores IV: intermediis remotis.

inferiores VI longiores, porrecti, compreſſi, paralleli, approximati.

Laniarii ſolitarii, approximati.

Molares plures, ſublobati: antici longiores acutiores.

Manus in palmis plantisque (plerisque).

8. DIDELPHIS.

Dentes Primores ſuperiores X.

inferiores VIII: intermediis duobus breuiſſimis.

Laniarii longi, plures.

Mola-

Molares denticulati.
Lingua ſubciliata.
Plantae manus, pollice mutico.
Cauda longa, gracilis, ſubnuda.

9. BRADYPVS.

Dentes Primores nulli vtrinque.
Laniarii? obtuſi, ſolitarii, molaribus longiores occurſantes.
Molares vtrinque V cylindrici, obtuſi.
Corpus pilis tectum.
Crura antica multo longiora poſticis.
Vngues longiſſimi.

10. MYRMECOPHAGA.

Dentes nulli.
Lingua teres, extenſilis.
Os anguſtatum in roſtrum.
Corpus pilis tectum.
Vngues longi arcuati.

11. MANIS.

Dentes nulli.
Lingua teres, extenſilis.
Os anguſtatum in roſtrum.
Corpus ſquamis tectum.
Mammae pectorales II.

12. DASYPVS.

Dentes molares plures, VII - VIII vtrinque, absque primoribus, absque laniariis.
Corpus cataphractum teſta oſſea, zonis interſecta.
Vngues acuti.

13. TAL-

13. TALPA.

Dentes Primores ſuperiores VI.
inferiores VIII.
Laniarii maior I; inferiores IV.
Naſus elongatus.
Palmae foſſoriae.

14. SOREX.

Dentes Primores ſuperiores II bifidi.
inferiores IV: intermediis breuioribus (interdum II).
Laniarii vtrinque plures.
Naſus elongatus gracilis.
Pedes digitati.

15. PTEROPVS.

Dentes Primores IV vtrinque.
Palmae corpore longiores, pollicibus breuiſſimis, membrana inter digitos expanſa et ad crura poſtica extenſa, pro volatu.
Mammae duae pectorales.

16. VESPERTILIO.

Dentes Primores ſupra et infra numero inaequales, variantes.
Palmae corpore longiores, pollicibus breuiſſimis, membrana inter digitos expanſa et ad crura poſtica extenſa, pro volatu.
Mammae duae pectorales.

17. VRSVS.

Dentes Primores ſuperiores VI, intus excauati, alterni.

inferiores VI: laterales II longiores lobati; ſecundarii baſi interiores.

Laniarii ſolitarii, conici.

Molares V ſ. VI: primo laniariis approximato.

Lingua laeuis.

Membrana nictitans.

Naſus prominens.

Penis ſcatens oſſe incuruo.

18. ERINACEVS.

Dentes Primores ſuperiores II diſtantes.

inferiores II minus diſtantes.

Laniarii vtrinque II recumbentes.

Corpus ſpinis tectum.

19. SVS.

Dentes Primores ſuperiores IV conuergentes.

inferiores VI prominentes (*variante paullulum numero in variis*).

Laniarii ſuperiores II breuiores.

inferiores II exſerti.

Roſtrum truncatum, prominens, mobile.

Pedes biſulci.

20. HYDROCHAERVS.

Dentes Primores II - X.

Laniarii nulli.

Palmae

Palmae vngulis quatuor.
Plantae vngulis tribus.

21. HIPPOPOTAMVS.
Dentes Primores Superiores IV per paria remoti.
Inferiores IV prominentes: intermediis longioribus.
Laniarii ſolitarii, inferiores maiores, recurvati, oblique truncati.
Pedes margine vnguiculati.

22. RHINOCEROS.
Dentes Primores vtrinque II, remotiſſimi, obtuſi; *niſi forte laniarii ſint absque primoribus.*
Cornu ſolidum, conicum, naſo inſidens.
Pedes vngulati.

23. ELEPHAS.
Dentes Primores nulli vtrinque.
Laniarii ſuperiores elongati.
Proboſcis longiſſima, prehenſilis.
Corpus nudiuſculum.

24. EQVVS.
Dentes Primores Superiores VI, obtuſe truncati.
Inferiores VI, prominentiores.
Laniarii ſolitarii, vtrinque remoti.
Pedes vngula indiuiſa.
Mammae II inguinales.

25. CAMELVS.
Dentes Primores Superiores nulli.
Inferiores VI ſpathiformes.

Laniarii diſtantes: ſuperiores III; inferiores II.

Cornua nulla.

Labium ſuperius ſiſſum.

Pedes ſubdidactyli.

26. BOS.

Dentes Primores Superiores nulli.
Inferiores VIII.
Laniarii nulli.

Cornua concaua, antrorſum verſa, lunata, laeuia.

Pedes vngulati.

Mammae inguinales.

27. OVIS.

Dentes Primores Superiores nulli.
Inferiores VIII.
Laniarii nulli.

Cornua concaua, retrorſum verſa, intorta, rugoſa.

Pedes vngulati.

Mammae inguinales.

28. CAPRA.

Dentes Primores Superiores nulli.
Inferiores VIII.
Laniarii nulli.

Cornua concaua, ſurſum verſa, erecta, compreſſa, ſcabra.

Mentum barbatum.

Pedes vngulati.

Mammae inguinales.

29. AN-

29. ANTILOPE.

Dentes Primores Superiores nulli.
Inferiores VIII.
Laniarii nulli.
Cornua concaua, ſurſum verſa, teretia, annulata vel ſpiralia.
Mentum imberbe.
Pedes vngulati.
Mammae inguinales.

30. CERVVS.

Dentes Primores Superiores nulli.
Inferiores VIII.
Laniarii nulli (interdum ſolitarii ſuperius).
Cornua ſolida, annua, tenera corio hirto tecta apiceque creſcentia, denudata.
Pedes vngulati.
Mammae inguinales.

31. MOSCHVS.

Dentes Primores Superiores nulli.
Inferiores VIII.
Laniarii ſuperiores ſolitarii exſerti.
Cornua nulla.
Pedes vngulati.
Mammae inguinales.

32. LEPVS.

Dentes Primores vtrinque II: *ſuperiores* duplicati: interioribus ſ. palatinis minoribus.
Laniarii nulli.
Pedes digitati: digitis 5-4.

33. HYSTRIX.

Dentes Primores vtrinque II oblique ſciſſi.
Laniarii nulli.
Molares IV vtrinque ſupra et infra.
Corpus ſpinis tectum.

34. CAVIA.

Dentes Primores ſupra et infra II.
Laniarii nulli.
Pedes digitati: digitis 4-3. (At Pacae 5-5.)
Cauda nulla, aut breuis.

35. GLIS.

Dentes Primores vtrinque II.
Laniarii nulli.
Auriculae abbreuiatae.
Pedes digitati: digitis 4-5.
Cauda breuis vel mediocris, piloſa.

36. SPALAX.

Dentes Primores vtrinque II, cuneiformes, plani.
Laniarii nulli.
Oculi minuti.
Auriculae nullae.
Pedes pentadactyli.
Cauda nulla ſ. breuiſſima.

37. MVS.

Dentes Primores vtrinque II; *inferiores* ſubulati.
Laniarii nulli.
Pedes digitati: digitis 4-5.
Cauda gracilis, ſubnuda.

38. IACV-

38. IACVLVS.

Dentes Primores vtrinque II.

Laniarii nulli.

Pedes antici breuiſſimi; poſtici elongati.

Cauda elongata, apice floccoſa.

39. SCIVRVS.

Dentes Primores vtrinque II: *ſuperiores* cuneati; *inferiores* compreſſi.

Laniarii nulli.

Pedes digitati: digitis 4-5: palmis ſaepe vnguiculus pollicaris.

Cauda longa, pilis longioribus.

40. CASTOR.

Dentes Primores vtrinque II: *Superiores* truncati, angulo transuerſo excauati; *inferiores* apice transuerſi.

Laniarii nulli.

Pedes digitati: digitis 5-5.

Cauda plana, nec teres, ſquamoſa.

41. LVTRA.

Dentes Primores Superiores VI, erecti, acutiores, diſtincti.

Inferiores VI, obtuſiores, conferti: duo interiores.

Pedes pentadactyli palmati.

42. MVSTELA.

Dentes Primores Superiores VI, erecti, acutiores, diſtincti.

Inferiores VI, obtuſiores, conferti: duo interiores.

Lingua laeuis.

Pedes fiſſi, pentadactyli.

43. VIVERRA.

Dentes Primores vtrinque VI: intermediis breuioribus.

Molares plures quam tres.

Lingua retrorſum ſaepe aculeata.

Vngues exſerti.

44. FELIS.

Dentes Primores VI acutiuſculi: exterioribus maioribus.

Laniarii ſolitarii, ſupra a primoribus, infra a molaribus remoti.

Molares terni.

Lingua retrorſum aculeata.

Pedes digitati: digitis 5-4: vnguibus retractilibus.

45. CANIS.

Dentes Primores Superiores VI: laterales longiores diſtantes: intermedii lobati.

Inferiores VI: laterales lobati.

Laniarii ſolitarii, incuruati.

Molares VI ſ. VII (pluresue quam in reliquis).

46. PHOCA.

Dentes Primores Superiores VI paralleli: exteriores maiores.

Inferio-

Inferiores IV paralleli, diſtincti, aequales, obtuſiuſculi.
Laniarii ſolitarii: ſuperiores a primoribus, inferiores a molaribus remoti, primoribus longiores.
Molares V ſ. VI, tricuſpidati.
Auriculae nullae (plurimis).
Corpus poſtice gracileſcens.
Pedes pentadactyli: poſtici coaliti.

47. TRICHECHVS.

Dentes Primores nulli vtrinque.
Laniarii ſuperiores ſolitarii.
Molares ex oſſe rugoſo vtrinque; inferius duo. (vtrinque quatuor ſecundum Pennantum).
Labia geminata, fiſſa.
Auriculae nullae.
Pedes digitati pentadactyli palmati: poſteriores compedes coadunati in pinnam.

48. BALAENA.

Pedes nulli: anticorum loco *pinnae* pectorales; poſticorum loco *pinna caudalis* horizontalis absque vnguibus.
Dentium loco in maxilla ſuperiore *laminae* corneae.
Fiſtula reſpiratoria duplex ſupra caput.

49. PHYSETER.

Pedes nulli: anticorum loco *pinnae* pectorales; poſticorum loco *pinna caudalis* horizontalis, absque vnguibus.

Dentes in maxilla inferiore; non in ſuperiore.
Fiſtula reſpiratoria in capite ſ. fronte.

50. DELPHINVS.

Pedes nulli: anticorum loco *pinnae* pectorales; poſticorum loco *pinna caudalis* horizontalis, absque vnguibus.
Dentes in maxilla vtraque.
Fiſtula reſpiratoria in capite.

51. MONODON.

Pedes nulli: anticorum loco *pinnae pectorales*; poſticorum loco *pinna caudalis* horizontalis, absque vnguibus.
Dentes duo in maxilla ſuperiore exſerti, praelongi, recti, ſpirales.
Fiſtula reſpiratoria in vertice.

Naturales hic ſubeſſe *ordines* generum 1-7; 9-11; 12-20; 21-24; 25-31; 32-40; 41-46; 47-51; apparet; neque male coniungi crediderim 7 et 8; 11 et 12; 20 et 21; 24 et 25; 31 et 32; 40 et 41; 46 et 47.

Linnaeanam methodum qui praefert, ita diſponat genera ante dicta:

Secun-

Secundum editionem X Syſtematis naturae:

I. PRIMATES.

Dentes Primores ſuperiores IV, paralleli.
Mammae pectorales II.

1. HOMO.	1. HOMO.
2. SIMIA.	2. SIMIA.
	3. PAPIO.
	4. CERCOPITHECVS.
	5. CEBVS.
	6. CALLITHRIX.
3. LEMVR.	7. LEMVR.
4. VESPERTILIO.	15. PTEROPVS.
	16. VESPERTILIO.

II. BRVTA.

Dentes Primores nulli vtrinque.

5. ELEPHAS.	23. ELEPHAS.
6. TRICHECVS.	47. TRICHECHVS.
7. BRADYPVS.	9. BRADYPVS.
8. MYRMECOPHAGA.	10. MYRMECOPHAGA.
9. MANIS.	11. MANIS.

III. FERAE.

Dentes Primores ſuperiores VI, acutiuſculi.
Laniarii ſolitarii.

10. PHOCA.	46. PHOCA.
11. CANIS.	45. CANIS.
12. FELIS.	44. FELIS.

13. VI-

13. VIVERRA.	43. VIVERRA.
14. MVSTELA.	41. LVTRA.
	42. MVSTELA.
15. VRSVS.	17. VRSVS.

IV. BESTIAE.

Dentes Primores vtrinque: intermediis diſtantibus.
Laniarii ſemper vno plures vtrinque.
Naſus vltra os prominens.

16. SVS.	19. SVS.
17. DASYPVS.	12. DASYPVS.
18. ERINACEVS.	18. ERINACEVS.
19. TALPA.	13. TALPA.
20. SOREX.	14. SOREX.
21. DIDELPHIS.	8. DIDELPHIS.

V. GLIRES.

Dentes Primores bini ſupra et infra, a molaribus remoti.
Laniarii nulli.

22. RHINOCEROS.	22. RHINOCEROS.
23. HYSTRIX.	33. HYSTRIX.
24. LEPVS.	32. LEPVS.
25. CASTOR.	40. CASTOR.
26. MVS.	34. CAVIA.
	35. GLIS.
	36. SPALAX.
	37. MVS.
	38. IACVLVS.
27. SCIVRVS.	39. SCIVRVS.

VI. PE-

VI. PECORA.

Dentes Primores ſuperiores nulli.
inferiores VI aut VIII a molaribus remotiſſimi.

Pedes vngulati.
Mammae inguinales.

28. CAMELVS.	25. CAMELVS.
29. MOSCHVS.	31. MOSCHVS.
30. CERVVS.	30. CERVVS.
31. CAPRA.	28. CAPRA.
	29. ANTILOPE.
32. OVIS.	27. OVIS.
33. BOS.	26. BOS.

VII. BELLVAE.

Dentes Primores obtuſe truncati.
Mammae duae inguinales.

34. EQVVS.	24. EQVVS.
35. HIPPOPOTAMVS.	21. HIPPOPOTAMVS.
	20. HYDROCHAERVS.

VIII. CETE.

Spiracula ſupra Caput.
Pinnae pectorales caudaliſque horizontalis, abſque vnguibus.

36. MONODON.	51. MONODON.
37. BALAENA.	48. BALAENA.
38. PHYSETER.	49. PHYSETER.
39. DELPHINVS.	50. DELPHINVS.

Secun-

Secundum editionem XII Syſtematis naturae.

I. PRIMATES.

Dentes Primores inciſores: ſuperiores IV paralleli.
Mammae pectorales II.

1. HOMO.	1. HOMO.
2. SIMIA.	2. SIMIA.
	3. PAPIO.
	4. CERCOPITHECVS.
	4. CEBVS.
	6. CALLITHRIX.
3. LEMVR.	7. LEMVR.
4. VESPERTILIO.	15. PTEROPVS.
	16. VESPERTILIO.

II. BRVTA.

Dentes Primores nulli vtrinque.

5. ELEPHAS.	23. ELEPHAS.
6. TRICHECHVS.	47. TRICHECHVS.
7. BRADYPVS.	9. BRADYPVS.
8. MYRMECOPHAGA.	10. MYRMECOPHAGA.
9. MANIS.	11. MANIS.
10. DASYPVS.	12. DASYPVS.

III. FERAE.

Dentes Primores ſuperiores ſex, acutiuſculi.
Canini ſolitarii.

11. PHOCA.	46. PHOCA.
12. CANIS.	45. CANIS.
13. FELIS.	44. FELIS.
14. VIVERRA.	43. VIVERRA.

15. MV-

15. MVSTELA.	41. LVTRA.
	42. MVSTELA.
16. VRSVS.	17. VRSVS.
17. DIDELPHIS.	8. DIDELPHIS.
18. TALPA.	13. TALPA.
19. SOREX.	14. SOREX.
20. ERINACEVS.	18. ERINACEVS.

IV. GLIRES.

Dentes Primores bini ſupra et infra approximati, a molaribus remoti.
Laniarii nulli.

21. HYSTRIX.	33. HYSTRIX.
22. LEPVS.	32. LEPVS.
23. CASTOR.	40. CASTOR.
* CAVIA.	34. CAVIA.
34. MVS.	35. GLIS.
	36. SPALAX.
	37. MVS.
	38. IACVLVS.
25. SCIVRVS.	39. SCIVRVS.
26. NOCTILIO.	16. VESPERTILIO.

V. PECORA.

Dentes Primores ſuperiores nulli.
inferiores VI aut VIII a molaribus remotiſſimi.
Pedes vngulati.
Mammae inguinales.

27. CAMELVS.	25. CAMELVS.
28. MOSCHVS.	31. MOSCHVS.
29. CERVVS.	30. CERVVS.
30. CAPRA.	28. CAPRA.
	29. ANTILOPE.
31. OVIS.	27. OVIS.
32. BOS.	26. BOS.

VI. BEL-

VI. BELLVAE.

Dentes Primores obtuſe truncati.
Pedes vngulati.

33. EQVVS.	24. EQVVS.
34. HIPPOPOTAMVS.	21. HIPPOPOTAMVS.
	20. HYDROCHAERVS.
35. SVS.	19. SVS.
36. RHINOCEROS.	22. RHINOCEROS.

VII. CETE.

Spiracula ſupra Caput.
Pinnae Pectorales caudalisque horizontalis absque vnguibus.

37. MONODON.	51. MONODON.
38. BALAENA.	48. BALAENA.
39. PHYSETER.	49. PHYSETER.
40. DELPHINVS.	50. DELPHINVS.

REGNI ANIMALIS

CLASSIS I

M A M M A L I A.

---

1. HOMO.

Dentes Primores inciſores, ſupra et infra IV.
Laniarii conici, longitudine aequales, approximati.
Manus in palmis, non in plantis.
Mammae pectorales II.
Cauda nulla.

Sapiens. 1. HOMO.
Noſce te ipſum.
Variat cultura, loco, non ſpecie.

Lappo. α. Paruus toroſus albus macrocephalus, facie plana lata, maxilla inferiore prominula acuminata vix barbata, oculis paruis profundis nigrofuſcis, naſo paruo obtuſo, buccis inflatis, ore magno, labiis craſſis, auriculis magnis, pilis rectis nigris craſſis, brachiis longioribus, manibus plantisque minoribus.
In borealibus Europae, Aſiae, Americae.

Tatarus. β. Mediocris oliuaceus, facie plana lataque, fronte rugoſa, oculis paruis profundis nigris; ſuperciliis largis, naſo breui craſſo, buccis tumidis, mento prominente acuminato, barba rariore, dentibus longio-

longioribus interſtitiis maioribus, pilis nigris craſſioribus, femoribus craſſis, cruribus breuioribus.

Ab Imao verſus circulum arcticum in Aſia.

Aſiaticus. γ. Mediocris luridus rigidus, pilis nigricantibus, oculis paruis nigris, naſo depreſſo, labiis craſſis, dentibus antrorſum verſis.

Trans Gangem.

Europaeus. δ. Mediocris albus toroſus, pilis flaueſcentibus prolixis, oculis caeruleis vel fuſcis, labiis tenuioribus.

Afer. ε. Magnus niger, cute holoſericea ex reticulo mucoſo Malpighiano craſſiore nigroque, pilis atris contortuplicatis, oculis nigris viridibusue, naſo ſimo, labiis tumidis, ventre inflato, mammis lactantibus prolixis.

Praecipue in Africa occidentali.

Americanus. ς. Mediocris rufus, pilis nigris rectis craſſis, facie ephelitica, fronte parua, oculis nigris, naſo aquilino, naribus patulis, mento ſubimberbi (niſi forte ſoli arti hoc tribuendum).

Cauſſa varietatum frigoris caloriſque gradus varii, vitae ratio, ritus moreſque, ignota alia.

Varietates artificioſae monſtroſaeque: *Europaei* auriculis immobilibus, iunceaeque puellae abdomine attenuato corpore veſpiformi. *Sinenſes* oculis paruis remotis, capite conico, naſo plano depreſſo, vnguibus manuum longiſſimis, abdomine tumido, dentibus nigris, feminaeque pedibus minimis. *Hottentotti* monorchides.

Homo ferus LINN. non eſt varietas.

Patagonici gigantes fabuloſi cum veterum *pygmaeis* (niſi forte Simiae), *hermaphroditiſque* Floridae.

DSI

DE-

DESCRIPTIO: CORPVS ipſa ſua conformatione erectum, nudum, Pilis raris remotiſſimis adſperſum, ſubſexpedale.

CAPVT obouatum: *Pileus* longius piloſus: *Syncipite* obtuſo, *Vertice* obtuſiſſimo, *Occipite* gibboſo.

Facies nuda: *Frons* planiuſcula, quadrata, *Temporibus* compreſſa, angulis ſinu intra Pileum adſcendens. *Supercilia* prominula pilis extrorſum in ſuturam imbricatis, interſtincta *Glabella* planiuſcula. *Palpebra ſuperior* mobilis, *inferior* quieta; vtraque *Ciliis* exſtantibus ſubrecuruatis pectinata. *Oculi* rotundi: *Pupilla* orbiculata absque membrana nictitante. *Genae* gibbae, molliuſculae, coloratae. *Malae* compreſſiuſculae. *Buccae* laxiores. *Naſus* prominens, labio breuior, compreſſus, apice altior gibboſiorque: *Naribus* ouatis, intus hirtis, margine craſſiuſculo. *Labium ſuperius* ſubperpendiculare, *Lacuna* exaratum; *Labium inferius* erectiuſculum, magis gibbum. *Mentum* prominens, obtuſum, gibboſum. *Os* maribus ſetis barbatum, imprimis mentum ſetis faſciculatum. *Dentes* vtrinque *Primores* inciſores, erecti, paralleli, approximati. *Laniarii* ſolitarii, vix longiores, vtrinque reliquis approximati; *Molares* quini, obtuſiuſculi. *Aures* laterales: *Auriculae* rotundato-lunatae, appreſſiuſculae, nudae, ſupra margine fornicatae; infra gibboſae, molles.

TRVNCVS conſtans Collo, Thorace, Dorſo, Abdomine:

Collum teretiuſculum, capite breuius; *Ceruicis Nucha* concaua; *Gula* ſupra concaua, medio ſubtus gibba.

Thorax antice poſticeque depreſſiuſculus; *Pectus* planiuſculum, *Iugulo* excauato, *Axillis* concauis barbatis, *Scrobiculo* planiore. *Mammae* duae, pectorales, diſtantes, gibbae, rotundatae: *Papilla* cylindrica, obtuſa, rugoſa, areola cincta.

Dorſum Tergo planiuſculo, *Humeris* exſtantibus, *Interſcapulio* depreſſo.

Abdomen gibbum, laxum: *Vmbilico* excauato, *Epigaſtrio* planiore, *Hypogaſtrio* gibboſiore, *Hypochondriis* rotundatis, *Inguinibus* planiuſculo-concauis. *Pubis* regio barbata. *Genitalia* exſerta: *Pene* cylindrico, *Scroto* ſubrotundo, rugoſo cute laxa, *ſutura* longitudinali per *Perinaeum* excurrente; ſ. *Vulua* gibba, compreſſiuſcula, *clitoride*, *nymphis hymeneque* inſtructa. *Cauda* exſerta nulla.

Artvs ex *Manibus* loco pedum anteriorum et *Pedibus* poſterioribus:

Manuum *Armi* diuaricati, craſſiuſculi, teretes, longitudine pedum. *Cubitus* obtuſo-prominulus. *Vlna* craſſitie armorum, teres, introrſum planior. *Palmae* rotundatae, dilatatae, planae, extus conuexae, *Vola* concaua; *Digiti* V: *Pollex* remotus, breuior, craſſior. Digiti 2, 3, 4, 5, approximati, horum 5 minor reliquis, dein 4, 2 ſed 3 paullo longior, medium femoris attingens. *Vngues* omnibus rotundati, obouati, plano-conuexi, *lunula* pallida.

Pedum *Femora* approximata, *Lumbis* muſculoſis, *Natibus* gibbis, carnoſis, *Genubus* antrorſum verſis, obtuſiſſimis, poplitibus ſubtus concauis. *Crura* longitudine femorum, poſtice muſculoſo-ventricoſa, inferne anguſtiora, antice macra. *Calcanei Talis* inſiſtentes, prominuli, gibbi: *Malleolis* lateralibus, oppoſitis, hemiſphaericis, duriuſculis. *Plantae* oblongae, ſupra conuexiuſculae, ſubtus planae, transuerſe concauae. *Digiti* V: omnes incurui, ſubtus gibbi, approximati. *Pollex* craſſior, breuior; 2, 3 ſubaequales, 4, 5 decreſcentes; vltimo minimo. *Vngues* vt in Manibus omnes.

Differt itaque a reliquis Corpore erecto nudo, at piloſo Capite, Superciliis Ciliisque, maturis Pube, Axillis. Caput Cerebro omnium maximo; Vuula;

Facies

Facies abdomini parallela, nuda: Naſo prominente, compreſſo, breuiore; Mento prominente. Cauda nulla. Pedes Talis inſiſtentes. Mares mento barbato; Feminae imberbi.

NASCITVR ceteris Animalibus imperaturus fragillimus, nudus, ſuapte natura inermis, ad vagitus ſtatim et ploratum, ad omnem fortunae contumeliam proiectus, tardae ſapientiae alienae opis indigens, poſt dies grauiditatis 274, longitudine 15-20 pollicum, ponderis 6-7 librarum, capite ingenti. Sed miſeret atque etiam pudet aeſtimantem, quam ſit friuola animalium ſuperbiſſimi origo.

Infans laborat poſt partum ictero neophytorum triduo; dormit multum, non diu. Ridet animal riſibile et lacrymat poſt dies 40. Dentes excreſcunt primores inferiores, tumque ſuperiores, menſe 6-12, anno 6-12 aliis permutandi; laniarii menſe nono decimoque, molares anteriores anno ſecundo.

Puber vario tempore, pro climate, ſexu, victu, anno 12-16. Maſculis teſtes ſcrotum intrant verſus pubertatem. Menſtruo laborat matura viro.

Adoleſcit anno 20-22. Monogamia naturali viuit, luxurie defluens polygamus paſſim. Parit 1-2, rarius 3-4. Praeter mulierem pauca animalia coitum nouere grauida.

Seneſcit temporibus capillisque canis, corpore areſcente curuato. Aetas 70-80 annorum. Viuimus vt immortales, et morimur vt mortales.

Habitat intra tropicos *Palmis lotophagus.*

Hoſpitatur extra tropicos *ſub nouercante Cerere carniuorus. Raro miſerrimus abiectiſſimusque ſaeuit in propriam ſpeciem anthropophagus.*

HOMO TROGLODYTES *nocturnus*, non confundendus cum Simia Satyro, morbidus reperitur paſſim in

Zona torrida, rariusque extra eam, *Africanis* Dondos, *Luſitanis* Albinos, *Indis* Kackerlack, Kalkalak, Kalkalatt, *vulgo* Leucaethiops: minor conterraneis, colore albiſſimo, cute holoſericea vel ſquamoſa, pilis albis interdumque flauis, impubis ſaepe imberbisque, iride aurea, rarius pallide caerulea, noctu videt luſcitioſus (vix membrana nictitante.) Corpus debile. Mors praematura. Ad hunc accedit *Aethiops maculatus* itidem morbidus.

* * *

Homo Lucifer orbis antarctici caudatus fabuloſus.

2. SIMIA.

Dentes Primores inciſores, ſupra et infra IV.
Laniarii ſolitarii, reliquis longiores, ſupra a primoribus, infra a molaribus remoti.
Molares obtuſi V-VI vtrinque.
Manus in palmis plantisque.
Mammae pectorales II.
Cauda nulla.

Satyrus. 1. S. ferruginea, lacertorum pilis reuerſis, natibus tectis.

Satyrus *Plin. hiſt. nat. V c. 1 (Hard. c. 1) c. 8 (Hard. c. 8)?*
Σατυροι *Aelian. anim. XVI c. 15?*
Satyrus *Geſn. quadr. p. 974.* Battell p.
The Pongo (and the Engeco) *Purch. Pilgr. II p. 982.*
Baris *Nieremb. hiſt. nat. p. 179.*
Orang Outang Indorum *Ionſt. quadr. p. 139.*

Tre-

Tretrétretré, Tratratratra *Flacourt Madag. p.* 154?
(breuicaudatum dicit.)

Ourang-Outang *Bont. Ind. or. p.* 84 *fig.* peſſima, mulieris potius, non Simiae.

Satyrus indicus, homo ſylueſtris: Orang-outang *Tulp. obſ. p.* 270 *tab.* 14.

Feſe *Neuh. Geſandſch. p.* 373. *fig.* fere Tulpii.

Quojas Morrou *Dapp. Afr. p.* 393, 582, *fig. p.* 583 Tulpii.

Satyrus indicus; Orang Outang Indis, the Drill *Charlet exerc. p.* 16.

Orang Outang ſiue homo ſylueſtris *Tyſon monogr. figg.* bonae.

Barris *Barbot Guin. p.* 101.

The Quojas-Morrou or Worrou *Barbot Guin. p.* 115.

L'animal appellé Sinſin *du Halde Chin. I. p.* 33.

Chimpanzee *Scotin tabula peculiari Lond.* 1738. †

Simia ecaudata ſubtus glabra *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 3 *n.* 1.

Simia Orang Outang *Klein. quadr. p.* 86.

Simia acauda ſubtus glabra. The Simia without a tail, with a ſmooth belly. The Satyr *Hill. anim. p.* 535.

L'homme des bois: Simia (Homo ſilueſtris) vnguibus omnibus planis et rotundatis, caeſarie faciem cingente *Briſſ. regn. an. p.* 189 *n.* 2.

Der Waldmenſch *Hall. vierf. p.* 549.

Simia (Satyrus) ecaudata ſubtus nuda *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 25 *n.* 1.

The Man of the wood *Edw. Glean. I tab.* 213.

Baris ou homme des bois *Dictionn. anim. I p.* 250.

Homme ſauvage *Dictionn. anim. II p.* 487.

Orang-outang *Dictionn. anim. III p.* 279.

Pongos *Dictionn. anim. III p.* 531.

Satyre *Dictionn. anim. III p.* 43.

De Sater of Boſchmenſch *Houtt. nat. hiſt. I p.* 330 *tab.* 5 *fig.* 2 Edw.

Aap zonder Staart, van onderen kaal *Houtt. nat. hiſt. I p.* 354 *tab.* 6 *fig.* 1 Tulpii.

Simia (Pygmaeus) ecaudata ferruginea capite lacertisque pilis reuerſis *Linn. amoen. ac. VI p. 68 fig. 4 ſub nomine: Pygmaeus Edwardi* fig. Edw.

Simia (Satyrus) ecaudata ſubtus nuda abdomine gibboſo *Linn. amoen. ac. VI p. 69 fig.* 3 Scotini.

Homme ſauvage *Bom. dictionn. II p.* 534.

Pongos *Bom. dictionn. III p.* 626.

Quojavaurau *Bom. dictionn. III p.* 697.

Simia (Satyrus) ecaudata ferruginea, lacertorum pilis reuerſis, natibus tectis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 34 *n.* 1.

Les Orang-Outangs ou le Pongo et le Iocko *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 43.

Le Iocko *Buff. hiſt. nat. XIV tab.* 1 fig. bon.

Great Ape *Penn. ſyn. quadr. p.* 96 *n.* 64.

Iocko *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 173 fig. Buff.

Der Satyr *Müll. Naturſ. I p.* 119 *tab.* 5 *fig.* 1, 2. Edw. *tab.* 6 *fig.* 1 Tulp.

Der Buſchmenſch, Erdmenſch *Mart. Naturlex. I p.* 551 *fig.* Buffon.

Der Orang outang: Simia Satyrus *Schreb. Säugth. I p.* 54 *n.* 1 *tab.* 2 fig. Buff. *tab.* 2, B fig. Allam. in edit. bat. Buffon.

Orang outang *in India orientali.*

Sinſin *Sinenſibus.*

Pongo, Iocko *Congenſibus.*

Varietas duplex: maior (le Pongo *Buff.*) et minor (le Iocko *Buff.*)

Corpus erecti ad pedes 5-6 altum, vndique veſtitum, brunneum: pilis antice rarioribus rufo-fuſcis, longitudine vix digiti transuerſi, poſtice denſioribus. Caput rotundum. Facies plana, humanae ſimilis, nigricans. Frons nuda, breuior quam homini. Cilia nigra: ſuperiora longiora denſiora. Superciliorum loco ſeries transuerſa pilorum. Naſus depreſſus vix prominens. Os a naſo remotius

quam

quam in homine, margine hirto. Saccus in buccis nullus, qui in reliquis Simiis omnibus. Mentum barbatum. Auriculae humanis ſimiles maiores. Capilli reliquis pilis longiores. Brachia longiora, vt genua tangant in erecto animali, pollicibus breuioribus. Manus intus glabrae nigricantes. Vngues rotundati. Plantae forma pedum, pollice breuiſſimo; reliquis digitis longioribus. Pili in lacertis reuerſi verſus cubitum. Nates tectae. Mari frenulum praeputii nullum. Genitalia feminina humanis ſimilia. Coſtae vtrinque 13. Fortiſſimum muſculoſumque animal.

Deeſſe vngues in palmarum pollicibus ex cel. Camperi obſeruatione habet cl. *Blumenbach de gen. hum. var. p.* 38.

Habitat ſolitaria in deſertiſſimis regionibus interioris Africae, Sumatrae, Borneo, Iauae, Sinae. Dormit in arboribus. Grauis, melancholica, nec malitioſa petulansque, inſtar reliquarum Simiarum. Iunior manſueſcit docillima. Edit fructus et nuces. Celeris agilisque defendit ſe lapidibus baculoue. Marem aiunt appetere mulieres, feminam parere vnum ad duo. Fabula autem eſt, naſci e coitu mulierum indarum cum ſimiis. Veterum Satyrus videtur.

Tulpiana figura et deſcriptio, quod mihi quidem videtur, ſpeciem haud diuerſam ſpectat (aliter ſentiente cl. *Blumenb. de gen. hum. var. p.* 37 qui propriam ſpeciem putat). Femina fuit, quam deſcripſit Tulpius: antice tota glabra facie, fronte, auriculis, pectore, abdomine, brachiis, cruribus; abdomine gibboſo ſ. tumido. Munda fuit, erecta incedens, docilis et ſapiens, long. ~~5 ped.~~ ad ſummum 3 pedum; erat enim „longitudine pueri trimi.„

longimana. 2. S. brachiis longitudine corporis.
Le Grand Gibbon *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 92 *tab.* 2.

Le petit Gibbon *Buff. hiſt. nat. XIV tab.* 3.
A ſingular ſpecies of Monkeys without tails: Golocks Bengalenſibus *De Viſme Philoſ. Trans. LIX p.* 71 *tab.* 3 figg. veroſimiliter malae.
The longarmed Ape *Penn. ſyn. quadr. p.* 99 *n.* 66.
Homo (Lar) brachiis longitudine corporis *Linn. mant. II p.* 521.
Gibbon grande *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 174 *fig.* 1 Buff.
Gibbon picciolo *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 174 *fig.* 2 Buff.
Der indianiſche langärmige Affe, der Schleuderaffe *Mart. Naturlex. I p.* 565 figg. Buff.
Der langarmige Affe: Simia longimana *Schreb. Säugth. I p.* 66 *n.* 2 *tab.* 3 figg. Buff.
Der Langarm *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 4 *t.* 1 *fig.* 1 Buff.

Corpus erectum, humanae altitudinis, pilis nigris durioribus. Caput rotundum. Facies plana, nigreſcens, humanae ſimillima. Oculi profundi, magni. Regio oculorum, naſi, oris, nuda. Circumferentia faciei ſubpiloſa cinerea. Auriculae nudae, nigrae, rotundatae. Nates calloſitate parua. Brachia longiſſima ad plantas vsque extenſa, vt erecta incedat tetrapus. Vngues plani in palmis, ſubacuti in plantis.

Varietas maior et minor, quarum haec coloribus pallidioribus.

Habitat

SIMIAE cum affinibus curioſae, attentae, ſuſpectae, memores, furaces, petulantes, imitatrices, geſticulatrices, laſciuae, indociles, minantur; hoſtes adeunt motis dentibus labiisque, rident, cibos bucca macerant, pediculos venantur, tactu excellunt. Monogamae natos vlnis gerunt, menſtruant, terrefactae cacant immundae, vrinae meatu ſaepe diſtincto a vulua; vtero etiam gerentes libidinoſae. Phytiphagae edunt fructus, ſemina, olera, radices, oua auium, ranas, inſecta, vermes. Prolem mire amant. Defendunt ſe lapidibus, excrementis, arborum ramis in hoſtes proiectis.

Habitat in Coromandel, Bengalaeque ſiluis, in Malacca Moluccisque, Sinae finitimis. Mitis, ſegnis, frigoris pluuiaeque impatiens. Menſtruat.

Varietatem aliam β habet *Penn. ſyn. quadr. p.* 100, quae fuit apud Lord Clive, in omnibus perquam ſimilem minori, at forma elegantiore pedibusque anticis breuioribus. Facies, auriculae, pileus capitis, palmae et plantae nigra, reliquum corpus et brachia pilis argenteis. Alitudo biennis circiter ped. 3. Mitis erat atque laeta.

Siluanus. 3. S. brachiis corpore breuioribus, natibus caluis, capite ſubrotundo.

πιθηκος *Ariſt. hiſt. anim. II c.* 13 *n.* 83, 84.
Simia *Plin. hiſt. nat. VIII c.* 54 (*c.* 80 *Hard.*) *XI c.* 37 (*c.* 62 *Hard.*) *c.* 44 (*c.* 100, 101. *Hard.*)
πιθηκος *Aelian. anim. V c.* 26.
Simia *Geſn. quadrup. p.* 957 fig. mediocr.
Simia *Alpin. Aeg. I p.* 242 *tab.* 20 *fig.* 1 mala.
Simia *Aldrov. digit. p.* 199.
Simia *Ionſt. quadrup. p.* 96, 137.
Simia 1 et 2 *Ionſt. quadrup. tab.* 59 figg. mediocr.
Cercopithecus *Ionſt. quadrup. tab.* 59 *fig. inferior ad ſiniſtram* mediocr.
Simia, ein Aff *Geſn. Thierb. p.* 1 fig. mala, melior *p.* 2.
Simia *Ludolf. Aeth. I c.* 10 *n.* 52.
Simia ſimpliciter dicta cauda carens *Rai. ſyn. quadr. p.* 149.
Simia ſimpliciter dicta cauda carens *Sloan. Iam. II p.* 328.
Ein Aff *Meyer Thiere I tab.* 13 fig. mediocr.

Simia

Tecto comis arborum intertexto altiſſimisque columnis innixo obumbrantur terrae aeſtuantes inter tropicos Indiae, ne adurantur; hoc tectum inhabitant gentes Simiarum cum affinibus, nec non Pſittacis volucribusque aliis.

Simia ecaudata, rufo nigricans *Linn. ſyſt. nat. 6 p.* 3 *n.* 4.

Simia acauda capite maiore. The great-headed Simia, with no tail *Hill anim. p.* 536.

Simia (vulgaris) ecaudata, clunibus tuberoſis *Linn. muſ. Ad. Frid. I p.* 1.

Le Singe: Simia (.....) vnguibus omnibus planis et rotundatis *Briſſ. regn. an. p.* 188 *n.* 1.

Simia (Syluanus) ecaudata, clunibus tuberoſo-calloſis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 25 *n.* 2.

Singes *Dictionn. anim. IV p.* 194 cum congener.

Aap zonder Staart, het Gat Eeltagtig uitpuilende *Houtt. nat. hiſt. I p.* 356.

Singe *Bom. dictionn. IV p.* 226 cum congener.

Simia (Syluanus) ecaudata, natibus caluis, capite ſubrotundo *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 34 *n.* 2.

Le Pitheque *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 84.

The Pigmy ape *Penn. ſyn. quadr. p.* 98 *n.* 65 *tab.* 12 *fig.* 1 bon.

Piteco *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 198 fig. mediocr.

Der Waldteufel *Müll. Naturſ. I p.* 120.

Der gemeine Affe: Simia Siluanus *Schreb. Säugth. I p.* 68 *n.* 3 *tab.* 4 fig. propria bona.

Affe der Alten *Mart. Naturlex. I p.* 546 fig. Schreb.

Simia, Mona, *Italis.*

Singe; Guenon (femina) *Gallis.*

Simio, Ximio, Mono (mas); Simia, Ximia, Mona (femina) *Hiſpanis.*

Bogío, Bugío (mas); Bogía, Bugía (femina) *Luſitanis.*

Affe; Aeffinn (femina) *Germanis.*

Ape

Accedunt ad Hominem forma, inceſſu ſaepe erecto, clauiculis, vnguibus, facie nudiuſcula, auriculis, ciliis, vuula, muſculis loquelae inſeruientibus non loquentes, vtero. Deeſſe in Simiis oſſicula auditus cl. *Martini Naturlex. I p.* 525.

Ape *Anglis.*
Aap *Belgis.*
Обезьяна (Obes'jana) *Ruſſis.*
Magnitudo Felis maioris. Frons ad ſuperciliorum regionem transuerſe gibba. Facies in medio nuda rugoſa. Auriculae humanae. Vngues plani. Nates caluae. Color oliuaceus, ſubtus flaueſcens. Scrotum tamquam intra vuluam reconditum; vel penis intra ſcroti foramen; autumno teſticuli intumeſcunt. Sedes feminae rapi inſtar extuberans. Lacertorum pili ſubtus reuerſi, vti et verticis.
Habitat in Africa Indiaque, gregaria. In Iamaica inſula dicitur eſſe ex nauibus naufragium paſſis ſuperſtes.
Animal ridendum riſibili, agile, imitans, erectum ſedet, minatur minis, cachinno blanditur, Caffrorum more ſalutat. Sorbilia manu haurit. Edit poma, nuces, ſimiliaque, atque inſecta, praecipue formicas. Prolem mire amat. Menſtruat. Libidinoſum animal. Parit prae reliquis in Europa, grauida in menſem decimum. Hoſtes pellit arenis oculis eorum iniectis. Docilis mitisque.

Inuus. 4. S. capite oblongo, natibus caluis.
Simius Cynocephalus *Alpin. Aeg. I p.* 241 *tab.* 15 *fig.* 1 mala.
Simius Cynocephalus alter *Alpin. Aeg. I p.* 241 *tab.* 16 fig. mediocr.
Cynocephalus *Ionſt. quadrup. p.* 144.
Cynocephalus. Hundsköpfl. Mommenet 1 *Ionſt. quadrup. tab.* 59 fig. mediocr.
Simia ecaudata, clunibus tuberoſis *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 3 *n.* 3.
Simia acauda, clunibus tuberoſis. The tail-leſs Simia, with large buttocks *Hill. anim. p.* 536.
Le Singe cynocephale: Simia cynocephala (. . . . .) vnguibus omnibus planis et rotundatis *Briſſ. regn. an. p.* 191 *n.* 1.

Simia

Simia (Inuus) ecaudata, natibus caluis, capite oblongo *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 34 *n.* 3.
Le Magot *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 109 *tab.* 7, 8 figg. malae, Siluani potius adulti.
The Barbary ape *Penn. ſyn. quadr. p.* 100 *n.* 67.
Tartarino *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 175 figg. Buff.
Der Buſchgott, Pan *Müll. Naturſ. I p.* 121.
Der Buſchgott *Mart. Naturlex. I p.* 549 fig. Buff.
Der Hundskopf: Simia Inuus *Schreb. Säugth. I p.* 71 *n.* 4 *tab.* 5 fig. propria bona (reiicienda Buffoniana).

Simillima S. Siluano, ſed roſtro productiore, colore pallidiore. ſupra ſordide vireſcente, ſubtus obſcure flaueſcente, cute caeruleo-griſea. Ad 4 pedes altus. Oculi parui. Naſus depreſſus. Auriculae humanis ſimiles. Facies lanuginoſa, albicans: pili frontis nigri, in collo rufeſcentes. Crura extus rufa. Manus nudae nigrae. Vngues rotundati. Nates caluae.

Habitat in India Africaque gregaria, raro ad Gibraltar, forſan caſu. Malitioſa, ferox, ſtupida. Tetrapus vtplurimum incedit. Bene fert noſtrum clima. Menſtruat.

Vix videtur Cynocephalus veterum, ad proximum, vel ad Cercopitheci genus potius referendus.

3. PAPIO.

3. PAPIO.

Dentes Primores inciſores, ſupra et infra IV.

Laniarii reliquis longiores, ſupra a primoribus, infra a molaribus remoti.

Manus in plamis plantisque.

Mammae pectorales II.

Cauda abbreuiata.

Sacci in buccis pro macerando cibo.

Sphinx. 1. P. facie nigra, vnguibus acuminatis, natibus caluis purpureis.

Sphinx *Plin. hiſt. nat. VIII c.* 21 (*c.* 30 *Hard.*)?

Sphingion *Plin. hiſt. nat. VIII c.* 29 (*c.* 34, 35 *Hard.*) *X c.* 72 (*c.* 93 *Hard.*)?

Sphinx *Geſn. quadrup. p.* 979?

Papio *Aldrov. dig. p.* 259 *fig. p.* 260 peſſima.

Papio primus *Ionſt. quadrup. p.* 144 *tab.* 61 fig. Aldrov.

Eine Art des Vielfraſses, Babuin *Geſn. Thierb. p.* 357 *fig. p.* 358 Aldrov.

Babio: the Baboon *Charlet. exerc. p.* 16.

Papio *Rai. ſyn. quadr. p.* 158.

Bavian *Kolbe Vorgeb. p.* 138 *tab.* 5 *fig.* 1 mala.

Simia ſemicaudata, ore vibriſſato, vnguibus acutis *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 3 *n.* 5.

Cebus, Papio; Baboon, Hyaena Gesneri *Klein quadr. p.* 89.

Simia cauda breui, ore vibriſſato The whiſkered Simia, with a very ſhort tail: the Baboon *Hill. anim. p.* 537.

Le

PAPIONES facie longiore, roſtro latiore, dentibus fortioribus, recedunt a Simiis, libidinoſiſſimi, moribus magis efferati. Hi cum Simiis et Cercopithecis omnibus Americae plane exules. Male nouo orbi varias ſpecies tribuit Fermin.

Le Babouin: Papio *Briſſ. regn. an. p.* 192 *n.* 1.
Der Mamonet *Hall. vierf. p.* 553.
Der Pavian *Hall. vierf. p.* 559.
Simia (Sphinx) ſemicaudata, ore vibriſſato, vnguibus acuminatis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 25 *n.* 3.
Babouin ou Babon *Dictionn. anim. I p.* 198.
Papio *Dictionn. anim. III p.* 354.
Kortſtaartige Aap, met Hairen aan den Bek en ſpitſe Nagelen *Houtt. nat. hiſt. I p.* 257.
Simia (Sphinx) ſemicaudata, ore vibriſſato, vnguibus acuminatis, natibus caluis *Linn. ſyſt. nat.* 12 *I p.* 35 *n.* 6.
Le Papion ou Babouin proprement dit *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 133.
Grand Papion *Buff. hiſt. nat. XIV tab.* 13 fig. bon.
Petit Papion *Buff. hiſt. nat. XIV tab.* 14 *fig. bon.*
Babbuino grande *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 176 *fig.* 1 Buff.
Babbuino picciolo *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 176 *fig.* 2 Buff.
Der Bavian *Müll. Naturſ. I p.* 122.
Der braune Pavian: Simia Sphinx *Schreb. Säugth. I p.* 80 *n.* 8 *tab.* 6 fig. Buff.
Babuino *Italis.*
Babouin *Gallis.*
Monazo (mas); Monaza (femina) *Hiſpanis.*
Bugío rabudo *Luſitanis.*
Pavian *Germanis.*
Baviaan *Belgis.*
Baboon *Anglis.*
Babian *Suecis.*
Choakauma *Hottentottis.*

Longi-

In genera quinque diuidendae SIMIAE LINNAEI aliorumque auctorum mihi videntur e placitis Buffonii, cum vere inter ſe differant ſpecies numeroſiſſimae.

Longitudo corporis 3-4 pedum, caudae pollicum 7-8 et forſan maior. Caput oblongum Canis, ſed obtuſius, craſſiusque roſtrum. Oculi parui approximati. Naſus caninus. Facies nigra nuda. Palpebrae albae. Auriculae rotundatae nudae. Collum craſſum breue. Corpus quadratum, toroſum, robuſtum. Pili rufo fuſci; ventre et cruribus intus ſubdenudatis, cute alba. Crura breuia. Manus glabrae, nigrae. Vngues in pollicibus plani ac rotundati, in reliquis digitis acuminati. Cauda recuruata. Nates ſanguinolentae.

Habitat in calidiſſimis Africae Indiaque. Aſpectu malignus et ferox. Animal libidinoſum mulieribus facile vim inferens, neque domandum. Tetrapus incedit. Edit fructus arborum aliaque vegetabilia. Menſtruat. Parit 1-2, ſterilis in noſtris terris.

Os non vibriſſatum ſecundum Buffonium, vti Linneo.

Maimon. 2. P. facie violacea, vnguibus acuminatis, natibus caluis purpureis.

Le Magot ou Tartarin: Cercopithecus cynocephalus parte corporis anteriore longis pilis obſita, naſo violaceo nudo *Briſſ. reg. an. p.* 214 *n.* 3.

Magot ou Tartarin. *Dictionn. anim. III p. 6.*

Simia (Maimon) caudata ſubbarbata, genis caeruleis ſtriatis, natibus caluis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 35 *n.* 7. (Deſcriptio autem ad ſequentem pertinet.)

Le Mandrill *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 154 *tab.* 16 mas; *tab.* 17 femina.

The ribbed-noſe Baboon *Penn. ſyn. quadr. p.* 103 *n.* 69.

Mandril maſchio *Aleſſ. quadrup. IV. tab.* 177 *fig.* 1 Mandril femmina *fig.* 2. figg. Buff.

Der Teufel *Müll. Naturſ. I p.* 123.

Der Maimon: Simia Maimon *Schreb. Säugth. I p.* 74 *n.* 5 *tab.* 7 fig. Buff.

Magnitudo praecedentis facileque maior fortiorque, at mitior eſt. Caput oblongum, caninum. Naſus longus, depreſſus, nudus, violaceus. Facies violacea, ſtriis longitudinalibus profundis. Os parvum, labiis tenuioribus. Auriculae ſubacuminatae, nudae. Pili corporis ruſo fuſci, in pectore et ventre griſei. Nates nudae, ſanguineae. Cauda poll. 2 - 3 longa, valde piloſa, erecta. Manus nudae. Penis quaſi circumciſus. Vulua prominens. Menſtruat.

Habitat in Africa, forteque in Aſia. Edit fructus, piſces, carnes. Sedet erectus, tetrapus incedit, interdumque erectus. Vox infantis. Dentibus ſtridet. Mucum e naribus perpetuo defluentem lingua lambit. Dicitur mulieres per vim ſtuprare.

The Smitten *Barbot Guin. p.* 212 *Boſſm. Guin. p.* 301 aut idem animal eſt, aut affine: certe non Simia Satyrus, vti Buffonio videtur.

Mormon. 3. P. facie cyanea, pilis verticis faſtigiatis, natibus caluis purpureis.

Anatome Cercopitheci Mamonet dicti *Barthol. act. hafn. I p.* 67, 313 *fig.* mala; videtur tamen hic fuiſſe, quem ſecuit.

The Man-Tiger from Africa *Bradl. nat. p.* 117 *tab.* 15 *fig.* 1 mala.

Das ſogenannte wilde Thier Choras *Bresl. Samml. XV p.* 177 *fig.* mediocr.

Simia ſemicaudata, maxilla inferiore barbata, vertice ſetis erectis mitram referentibus obſito, vnguibus acutis, Auſtr. Choras *Kram. Auſtr. p.* 310.

Mamonet *Dictionn. anim. III p.* 14?

Simia (Mormon) ſemicaudata ſubbarbata nigro fuſca, malis tumidis nudis cyaneis oblique ſtriatis, natibus caluis ſanguineis *Alſtroemer: Act. holmienſ.* 1766 *p.* 144 *tab.* 3 fig. propria bona.

the mantegar. Edw. Tyson, in philos. Transact. vol. 24. 1704. p. 1571 fig.

Simia

Simia Mormon *Berlin. Samml. I p.* 387 *fig.* Alſtroem.

The tufted Ape *Penn. ſyn. quadr. p.* 102 *n.* 68 *tab.* 12 *fig.* 2 mala deformisque, cauda mutilata, vt Simia videatur.

Der Choras: Simia Mormon *Schreb. Säugth. I p.* 75 *n.* 6 *tab.* 8 fig. Alſtroem.

Der Choras *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 6 *t.* 1 *fig.* 2 Alſtroem.

Longitudo 2 pedum (forſan nondum adulti). Facies longiuſcula plana, fronte conuexa. Circumferentia faciei pilis lanuginoſis obſcure griſeis, in fronte erectis denſisque faſtigiatis. Oculi parvi, profundi, iride fuſca. Naſus ſanguineus. Buccae nudae, tumidae, caeruleae, ſulcis 4-5 obliquis. Os truncatum, marginatum, porcinum. Myſtaces plures, absque ordine, breues, molliores. Sacci buccarum ampliſſimi. Auriculae breues, acuminatae, rigidae. Ab auribus ad nucham ſtria ſubnuda, cute perfecte alba. Mentum barba alba, verſus gulam breuiore, ibidemque ſubflaueſcente. Collum breue et craſſum, ſupra obſcure canum, ſubtus flaueſcenti-album. Corpus poſtice gracileſcens. Dorſum pilis denſis longisque, obſcure canis. Pectus flaueſcenti album. Venter albus. Lumbi pilis rarioribus, cute violacea transparente. Nates eleuatae cordiformes, nudae, ſanguineae. Sutura abdominis longitudinalis, nuda ſanguinea. Cauda violacea, 2 poll. longa, recuruata. Scrotum cum pene album vel violaceum. Crura antica et poſtica dorſo concoloria. Digiti nudi, nigricantes, cute molli. Vngues ſubacuti, pollicum rotundati.

Habitat in Zeylona, aliisque Indiae regionibus. Segnior reliquis affinibus, minus ludibundus, magisque mundus. Laſciuus valde, fortis, docilis, manſueſcit. Vox porci. Incedit tetrapus.

Nemeſtrina. 4. P. ſubbarbatus griſeus, iridibus brunneis, natibus caluis, cauda nuda contortuplicata.

Monkeys of a docile kind *Kaempf. Iap. I p.* 126?

The pig-tailed Monkey *Edw. glean. I p* 8 *tab.* 214.

Simia (Nemeſtrina) ſemicaudata ſubbarbata griſea, iridibus brunneis, natibus caluis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 35 *n.* 4.

Le Maimon *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 176 *tab.* 19.

The pig-tail Baboon *Penn. ſyn. quadr. p.* 105 *n.* 71.

Mammone *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 179 fig. Buff.

Der Waldgott *Müll. Naturſ. I p.* 121.

Der Schweinſchwanzaffe: Simia Nemeſtrina *Schreb. Säugth. I p.* 79 *n.* 7 *tab.* 9 fig. Edw.

Similis Cercopitheco Cynomolgo. Longitudo corporis ped. 2 - 2½, caudae poll. 5 - 6. Facies nuda, e nigro rubra. Oculi caſtanei. Palpebrae nigrae. Naſus depreſſus. Supra et infra os pili rari nigri. Labia tenuia. Auriculae humanis ſimiles, nudae, mediocres, ſubacuminatae. Pileus capitis coloris obſcurioris. Corpus ſupra pilis nigro-olivaceis, ſubtus pallidioribus. Manus nudae, nigrae. Vngues longi, plani. Pollices plantarum longiores, membrana connexi cum indice. Cauda nudata, gracilis, torta vt in Porco. Genitalia maſculina extus haud propendentia.

Habitat in Sumatra, Iaponia, mitis docilisque, minusque laſciuus. Frigoris impatiens. Dormit ſedens, incedit bipes quadrupesque. Rarius viſus in Europa.

Apedia. 5. P. palmarum pollice approximato, vnguibus oblongis: pollicum rotundatis; natibus tectis.

Simia cauda abrupta, vnguibus compreſſis: pollice palmarum digitis adhaerente *Linn. amoen. acad. I p.* 558.

Simia

Simia (Apedia) ſemicaudata, palmarum pollice approximato, vnguibus oblongis: pollicum omnium rotundatis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 25 *n.* 4.

Kortſtaartige Aap, met de Duimen digt tegen de Vingers aangevoegd, de Nagelen langwerpig, die der Duimen altemaal gerond *Houtt. nat. hiſt. I p.* 358.

Simia (Apedia) ſemicaudata, palmarum pollice approximato, vnguibus oblongis: pollicum rotundatis; natibus tectis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 35 *n.* 5.

The little Baboon *Penn. ſyn. quadr. p.* 105 *n.* 70.

Der Kurzſchwanz *Müll. Naturſ. I p.* 122.

Magnitudo felis. Caput ſubrotundum. Os prominens, paruum, retuſum, fuſcum, pilis patulis. Facies fuſca, ſubnuda. Auriculae ſubrotundae, nudae. Corpus pilis ſubflaueſcentibus, apice nigricantibus. Nates tectae. Cauda vix duo digitos transverſos longa, obtuſa, piloſa. Palmarum digiti oblongi, pollice reliquis adhaerente, vt in plantis humanis. Plantarum digiti longiores, pollice magis remoto, vt in palmis humanis. Vngues longi, curui, conuexi, compreſſi, lineares, obtuſi, pollicum rotundati.

Cercopithecum ſciureum cauda mutilata putat doctiſſ. Schreberus: at noſtro auriculae magis nudae, ſingularisque palmarum ſtructura, vt differre potius credam.

Species obſcura.

*A new Baboon *Penn. ſyn. quadr. addit. tab.* 13 *fig.* 2.

Maior, informis, fuſco rufus, artubus longioribus, quadrupes, cauda porcina erecta. Patria ignota. Niſi forte ſit Papio Sphinx; ad quem refert doctiſſ. Schreberus.

4. CERCOPITHECVS.

Dentes Primores inciſores, ſupra et infra IV.
Laniarii reliquis longiores, ſupra a primoribus, infra a molaribus remoti.

Manus in palmis plantisque.
Mammae pectorales II.
Cauda elongata, non prehenſilis.
Nates calloſae.
Sacci in buccis pro macerando cibo.

Hamadryas. 1. C. cinereus, auribus comoſis, vnguibus acutiuſculis, natibus caluis.

Κυνοκεφαλος *Ariſt. hiſt. anim. II c.* 13 *n.* 83.
Cynocephalus *Plin. hiſt. nat. VIII c.* 54 (*c.* 80 *Hard.*)
Κυνοκεφαλος *Aelian. anim. II c.* 46. *IV c.* 46. *VI c.* 10 *VII c.* 19. *X c.* 30.
Cynocephalus *Geſn. quadrup. p.* 971.
Simia ſupra aures comata *Alpin. Aeg. I p.* 242 *tab.* 17 fig. mediocr.
Simia Cynocephalus ad vtramque aurem magna coma dependente *Alpin. Aeg. I p.* 242 *tab.* 18, 19 figg. mediocr.
An Κυνοκεφαλος? *Cluſ. exot. p.* 370 fig. peſſima.
Cynocephalus 2 Pertrand *Ionſt. quadrup. tab.* 59 fig. mala.
Der Hundskopf *Geſn. Thierb. p.* 13 fig. eadem.
Simia caudata imberbis, auribus comoſis *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 3 *n.* 7.

Le Tartarin. Geoffroy & Fr. Cuvier. 5me Livr.

Simia

Simiae maxime affinis:
Si mihi cauda foret, cercopithecus eram.

MARTIAL.

Simia caudata imberbis, auribus comoſis. The tailed Simia with hairy ears *Hill. anim. p.* 537 *tab.* 26 fig. mediocr.

Simia (aegyptiaca) cauda elongata, clunibus tuberoſis nudis *Haſſelqu. Palaeſt. p.* 269.

Simia (Hamadryas) caudata imberbis, auribus comoſis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 27 *n.* 11.

Geſtaarte Aap zonder Baard, de Ooren met dikke Hairdodden *Houtt. nat. hiſt. I p.* 363.

Simia (Hamadryas) caudata cinerea, auribus comoſis, vnguibus acutiuſculis, natibus caluis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 36 *n.* 8.

The dogfaced Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 107 *n.* 72 *tab.* 14 *fig.* 1 Edwardsii inedita.

Die Waldnymphe *Müll. Naturſ. I p.* 124.

Der graue Pavian: Simia Hamadryas *Schreb. Säugth. I p.* 82 *n.* 9 *tab.* 10 fig. Edw.

Proxime accedit ad praecedens genus, vt Papionem diceres, niſi eſſet cauda fere longitudine corporis. Vltra 5 pedes altus. Caput ſubrotundum piloſiſſimum, imprimis pone auriculas. Roſtrum teres, oblongum, baſi craſſiuſculum, apice magis attenuatum. Facies nuda, ex rubro nigreſcens. Oculi parui. Auriculae acutae, capillis occultatae. Corpus craſſum, breue, parum verſus inguina contractum, piloſiſſimum, imprimis antice; griſeo oliuaceum. Artus fortes et craſſi, piloſiſſimi. Digiti aequales, excepto pollice breviore. Vngues rotundati, in plantis acutiuſculi. Nates denudatae, ſanguineae. Cauda parum attenuata, piloſa, erecta.

CERCOPITHECI difficile genus, ſpecierum numeroſiſſimarum, accuratius adhuc determinandarum.

Habitat gregarius in calidiſſimis Aſiae et Africae. Valde ferox, impudens atque laſciuus, difficulter domandus.

Hunc puto veterum Cynocephalum, cum doctiſſ. Pennanto, qui et huc refert *le Babouin Buff.* mihi potius ad Papionem Sphingem referendum.

Veter. 2. C. barbatus albus, barba nigra.

Simia alba ſeu incanis pilis, barba nigra promiſſa *Rai. ſyn. quadr. p.* 158.

Cebus Elaurandus Zeylanenſium *Klein. quadr. p.* 89.

Le Singe blanc à barbe noire: Cercopithecus barbatus albus, barba nigra *Briſſ. regn. an. p.* 207 *n.* 21.

Simia (Veter) caudata barbata alba, barba nigra *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 36 *n.* 9.

Le Lowando *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 169.

Der Altvater *Müll. Naturſ. I p.* 124.

Der weiſse Bartaffe; weiſs mit ſchwarzem Barte *Schreb. Säugth. I p.* 86 *n.* 10 *B)*

Elawandum *Zeylanenſibus.*

Habitat in Zeylona; Aſia.

Forſan vnicam modo ſpeciem efficit cum inſequentibus 3, 4, 5, ſic putantibus Pennanto, Schrebero, Buffonio. Forſan et C. Faunus coit cum his omnibus. Separatim proponam ſingulos, donec certiora eluceſcant.

Senex. 3. C. barbatus totus albus.

Simiae candentes totò corpore *Plin. hiſt. nat. VIII. c.* 21 *(c.* 31 *Hard.)?*

Πιθηκος εν Πρασιοις τοις ινδικοις *Aelian. anim. XVI c.* 10?

Another ſort of monkeys, Wanderows *Knox Ceylon. p.* 25.

The

The lion-tailed Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 109 *n.* 73 *γ)*

Der weiſse Bartaffe; ganz weiſs *Schreb. Säugth. I p.* 86 *n.* 10 *A)*

Habitat in Zeylona; Aſia.

Vetulus. 4. C. barbatus niger, barba alba.

Πιθηκος εν Ινδοις *Aelian. anim. XVII c.* 39?

Monkeys *Knox Ceylon. p.* 25 *fig.*

Cercopithecus niger barba incana promiſſa *Rai. ſyn. quadr. p.* 158.

The little bearded Man *Barbot Guin. p.* 212.

Bartmännerchen *Boſſm. Guin. p.* 302.

Cercopithecus niger, barba incana promiſſa *Klein. quadrup. p.* 89.

Le Singe noir à barba blanche: Cercopithecus barbatus niger, barba incana *Briſſ. regn. an. p.* 207 *n.* 22.

Simia (Silenus) caudata barbata nigra, barba niuea prolixa *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 26 *n.* 5.

Ouanderons *Dictionn. anim. III p.* 296.

Geſtaarte Aap met een Baard, zwart over 't Lyf, hebbende een grooten ſneeuwwitten Baard *Houtt. nat. hiſt. I p.* 358.

Ouanderons *Bom. dictionn. III. p.* 311.

L'Ouanderou *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 169 *tab.* 18 fig. male cauda truncata.

The lion-tailed Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 109 *n.* 73 *δ) tab.* 13 *A fig.* 1.

Simia di Ceylan *Aleſſ. quadr. IV tab.* 178 fig. Buff.

Der Weiſsbart *Müll. Naturſ. I.* 124.

Der ſchwarze Bartaffe; ſchwarz mit weiſsem Barte: Simia Silenus *Schreb. Säugth. I p.* 87 *n.* 11 *tab.* 11. fig. Buff.

...rn. de Breydenbach Reyſs in das gelobte Land. 1486.

...uenberg's Reſa. T. II. P. 2. pm 180 ſq.

Wanduru *Zeylanenſibus.*
Slinger-aap *Belgis.*

Habitat in Zeylona, Aſia, Africa.

Silenus. 5. C. barbatus totus niger.
Simia callitriches leonino corpore *Alpin. Aeg. I p.* 243 *tab.* 20 *fig.* 2 mediocr.
Simia callitrix magnitudine Cynocephalorum *Alpin. Aeg. I p.* 244 *tab.* 21 fig. melior.
Simia caudata caeſarie prolixa faciem cingente *Linn. ſyſt. nat. 6 p.* 3 *n.* 13.
Simia capite comoſo. The hairy-headed Simia *Hill. anim. p.* 539 *tab.* 26 fig. mediocr.
Le Singe noir d'Egypte: Cercopithecus barbatus niger, caeſarie prolixa nigra faciem cingente *Briſſ. regn. an. p.* 209 *n.* 26.
Simia (Silenus) caudata barbata nigra, barba nigra prolixa *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 36 *n.* 10.
The lion-tailed Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 109 *n.* 73.

Habitat in India orientali Africaeque calidioribus.

Roſtrum elongatum. Facies nuda. Corpus poſtice gracileſcens. Nates calloſae. Long. 3-3½ ped. Ferox. Tetrapus vtplurimum incedit.

Faunus, 6. C. barbatus, cauda apice floccoſa.
Cercopithecus barbatus I *Cluſ. exot. p.* 371 *cum fig.*
Cercobithecus barbatus Cluſii *Nieremb. hiſt. nat. p.* 177 *cum fig.* Cluſ.
Cercopithecus barbatus Cluſii *Ionſt. quadrup. tab.* 74 fig. Cluſ.
Cercopithecus barbatus I Cluſii *Rai. ſyn. quadr. p.* 159.
Cebus barbatus primus Cluſii *Klein. quadrup. p.* 89.

Simia

Simia caudata barbata, cauda floccoſa *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 3 *n.* 15.

Simia caudata barbata, cauda floccoſa. The bearded Simia, with a woolly tail *Hill anim. p.* 540.

Le Singe barbu à queue de Lion: Cercopithecus barbatus, ſupra ex nigro et fuſco mixtus, infra albus, barba incana mucronata, cauda in floccum deſinente *Briſſ. regn. an p.* 209 *n.* 25.

Der groſſe brandfarbige Affe aus Guinea *Hall. vierf. p.* 554.

Simia (Faunus) caudata barbata, cauda apice floccoſa *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 26 *n.* 6.

Geſtaarte Aap met een Báard, de Staart aan't end een kwaſt hebbende *Houtt. nat. hiſt. I p.* 359.

Simia (Faunus) caudata barbata, cauda apice floccoſa *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 36 *n.* 11.

Der Löwenſchwanz, Waldgeiſt *Müll. Naturſ. I p.* 125.

Species obſcura, adeoque dubia. Corpus nigricans: pectus et anteriora abdominis alba. Auriculae mediocres. Naſus ſimus. Barba incàna mucronata. Vngues humani. Cauda longa, ſat craſſa, in floccum deſinens.

Habitat - - - - - -

Pertinere huc quoque videtur:

Le Malbrouck *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 224 *tab.* 29.

Simia di Bengala *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 182 fig. Buff.

Der Malbruk: Simia Faunus *Schreb. Säugth. I p.* 90 *n.* 12 *tab.* 12 fig. Buff.

Longitudo corporis ped. 1½, cauda fere longitudine corporis. Facies cinerea. Oculi magni. Palpebrae coloris carnei. Roſtrum prominens. Naſus

ſus depreſſus. Auriculae magnae, tenues, colore carneo. Supra flauofuſcus, ſubtus flauogriſeus. Faſcia griſea ab oculis ad aures. Quadrupes.

Habitat in Bengala.

Varietatem C. Cynomolgi, poſteaque Aygulae putat Pennant.

Affinis quoque, niſi propria ſpecies obſcura:

Cercopithecus non barbatus 1 *Cluſ. exot. p.* 371.

Cercopithecus non barbatus 1 Cluſii *Rai. ſyn. quadr. p.* 160.

Simia caudata imberbis fuſcoflaua, pectore gulaque albis, cauda floccoſa *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 3 *n.* 9.

Cebus imberbis 1 Cluſii *Klein. quadrup. p.* 89.

Simia ſubflaueſcens pectore albeſcente, cauda floccoſa. The yellowiſh Simia, with a whitiſh breaſt, and a woolly tail *Hill anim. p.* 538.

Le Singe à queue de Lion: Cercopithecus ex flauo fuſcus, cauda in floccum deſinente *Briſſ. regn. an. p.* 203 *n.* 15.

Der Affe mit ausgerauſtem büſchligem Schwanze und gelber Kehle *Hall. vierf. p.* 557.

Totus ex flauo fuſcus, excepto pectore et gutture albicantibus. Cauda ſubnuda, apice floccoſa.

Cynomolgus. 7. C. imberbis, naribus bifidis elatis, cauda arcuata, natibus caluis.

Cercopithecus *Geſn. quadrup. p.* 967 *cum fig.* mediocr.

Cercopithecus angolenſis maior *Marcgr. Braſ. p.* 227.

Macaquo Congenſium *Ionſt. quadrup. p.* 143.

Le premier de nos Singes *Perr. anim.* II *p.* 55 *tab.* 43 *fig. ſuperior* mediocr.

Cercopithecus angolenſis maior *Rai. quadrup. p.* 155.

Simia

Simia caudata imberbis, naribus elatis bifidis *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 3 *n.* 10.

Cercopithecus angolenſis maior *Barr. Fr. equ. p.* 149.

Cebus angolenſis maior Macaquo Marcgr. *Klein quadrup. p.* 89.

Simia caudata naribus bifidis. The long-tailed Simia with bifid noſtrils *Hill anim. p.* 538.

Le Makaque: Cercopithecus cynocephalus naribus bifidis, elatis, natibus caluis *Briſſ. reg. an. p.* 213 *n.* 2

Der gröſſere angoliſche Affe *Hall. vierf. p.* 556.

Simia (Cynamolgos) caudata imberbis, naribus bifidis elatis, clunibus tuberoſis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 28 *n.* 16.

Macaque *Dictionn. an. III p.* 10.

Geſtaarte Aap zonder Baard, met een geſpleeten opgewipte Neus, de billen bultig *Houtt. nat. biſt. I p.* 367.

Simia (Cynomolgus) caudata imberbis, naribus bifidis elatis, cauda arcuata, natibus caluis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p*, 38 *n.* 15.

Le Macaque *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 190 *tab.* 20.

The hare-lipped Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 111 *n.* 74.

Macacco *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 180 *fig.* 1. Buff.

Der Hundsbeiſſer, angoliſche Affe *Müll. Naturſ. I p.* 127.

Die Meerkatze: Simia Cynamolgos *Schreb. Säugth. I p.* 91 *n.* 13 *tab.* 13 fig. Buff.

Macaquo *Congenſibus.*

Longitudo corporis 2 ped. et vltra. Caput magnum. Roſtrum prominens. Facies nuda liuida rugoſa. Criſta piloſa parua in vertice. Oculi parui. Naſus craſſus depreſſus: nares bifidae elatae. Auriculae piloſae. Corpus craſſum, breue, ſubtus flaueſcenti-ſupra oliuaceo-griſeum. Nates callo-
ſae-

ſae. Cauda longitudine corporis vel paullo brevior, arcuata. Pedes breuiores. Vngues pollicum rotundati, reliquorum digitorum acuti, imprimis in plantis.

Habitat in Guinea, Congo, Angola, Africa auſtrali. Moſchum paullulum ſpirat, gregarius, mitis facileque manſueſcens. Clamat Hah Hah, mire geſticulatur. Quadrupes incedit, rariusque bipes. Menſtruat.

Cynocephalus. 8. C. imberbis flaueſcens, ore producto, cauda recta, natibus caluis.

Guineenſis alius *Marcgr. Braſ. p.* 228.

Cercopithecus *Ionſt. quadrup. tab.* 59 *fig. inferior ad dextram.*

Cercopithecus guineenſis tertius Marcgrauii *Rai. ſyn. quadr. p.* 157.

Cebus tertius guineenſis *Klein. quadrup. p:* 89.

Le Singe de Guinée: Cercopithecus pilis ex vmbra, griſeo, fuſco et flauo variegatis veſtitus *Briſſ. regn. an. p.* 196 *n.* 6.

Le Cercopithéque cynocéphale: Cercopithecus cynocephalus ex virideſcentibus et flauicantibus pilis variegatus *Briſſ. regn. an. p.* 213 *n.* 1.

Der Hundskopf *Müll. Naturſ. I p.* 128.

Simia (Cynocephalus) caudata imberbis flaueſcens, ore producto, cauda recta, natibus caluis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 38 *n.* 16.

Simiae Inuo ſimillimus, ſed caudatus; forſan non vere differt a Cynomolgo, ſic putante doctiſſ. Schrebero.

Habitat in Africa.

Diana. 9. C. barbatus, fronte barbaque faſtigiata.

Cercopithecus barbatus II *Cluſ. exot. p.* 371.

Beard-

Beard-men *Purch. Pilgr. II. p.* 955.

Cercopithecus barbatus Guineenſis *Marcgr. Braſ. p.* 227 *fig. p.* 228 mala.

Cercopithecus barbatus Guineenſis *Ionſt. quadrup. tab.* 60 fig. Marcgr.

Cercopithecus barbatus guineenſis, Congenſibus Exquima *Rai. ſyn. quadr. p.* 156.

Cercopithecus barbatus 2 Cluſii *Rai. ſyn. quadr. p.* 159.

Simia caudata barbata: barba cana, cauda ſimplici *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 3 *n.* 16.

Cebus barbatus. Exquima Guineenſis *Klein. quadrup. p.* 89.

Cebus barbatus 2 Cluſii *Klein. quadrup. p.* 89.

Simia barbata cana, cauda ſimplici. The Simia with a hoary beard, and naked tail *Hill anim. p.* 540.

Die Meerkatze Diana *Linné: Act. holmienſ.* 1754 *p.* 213 *tab.* 6. fig. propria.

Le Singe de Guinée à barbe blanche: Cercopithecus barbatus fuſcus, punctis albis inſperſus, barba alba *Briſſ. regn. an. p.* 207. *n.* 23.

Le Singe barbu: Cercopithecus barbatus, ex nigro et fuſco mixtus, pectore et anteriore ventris parte albis, barba incana mucronata *Briſſ. regn. an. p.* 208 *n.* 24.

Der glatthärige Affe *Hall. vierf. p.* 555.

Bärtige Meerkatze. Diane *Hall. vierf. p.* 600.

Simia (Diana) caudata barbata, fronte barbaque faſtigiata *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 26 *n.* 8.

Geſtaarte Baard-Aap, met een gekuifden Baard en een Toupet op 't Voorhoofd *Houtt. nat. hiſt.* 1 *p.* 360 *tab.* 6 *fig.* 2 Linn.

Simia (Diana) caudata barbata, fronte barbaque faſtigiata *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 38 *n.* 17.

L'Exquima *Buff. hiſt. nat. XV p.* 16.

The ſpotted Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 112 *n.* 75.

Diane *Müll. Naturſ. I p.* 128 *tab.* 6 *fig.* 2 Linn.

Die

Die Diane: Simia Diana *Schreb. Säugth. I p.* 94 n. 14 *tab,* 14 fig. Linn.
Exquima *Congenſibus.*

Magnitudo felis maioris. Facies nuda, nigra circa oculos et naſum. Naſus depreſſus. Oculi flauofuſci. Auriculae paruae, rotundatae, nigrae, fere nudae. Frons pilis erectis, albis, faſtigiatis, linea transuerſa in formam lunae creſcentis. Barba faſtigiata nigra, ſubtus alba pilis longioribus, inſidens tuberi adipoſo. Caput corpusque nigrum, punctis albidis adſperſum Gula, pectus et brachia intus alba. Dorſum poſtice et ſupra ferrugineum. Femora ſubtus heluola. Linea alba ab ano ad genua in exteriore latere femorum ducta. Abdomen pedesque nigri. Manus nigrae, ſubtus nudae. Vngues longiuſculi. Cauda recta nigra, corpore longior, non prehenſilis vti Marcgrauio et Buffonio.

Habitat in Guinea, Congo. Iunior ludibundus deiicit omnia, peregrinos nictitando ſalutat, iratus maxillas hiante ore exagitat. Adultior dentibus laniariis elongatis mordax et malignus euadit. Cubile purum ſeruat. Vocatus reſpondet Greck. Plus potat congeneribus. Amat calorem, at meridie vmbram quaerit. Noctibus frigidioribus clamat. Dormit per noctem et in tenebris, interdiu perpetuo in motu. Menſtruat e caudae apice.

Mona. 10. C. barbatus ſupra rufofuſcus, cauda griſea, natibus macula vtrinque alba, pedibus nigris.
Monichus *Alpin. Aeg. I p.* 242 *tab.* 20 *fig.* 3?
Le Singe varié: Cercopithecus pilis ex nigro et fuſco variegatis veſtitus, pedibus nigris, cauda cinerea *Briſſ. reg. an. p.* 198 *n.* 9.
La Mone *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 258 *tab.* 36.
The varied Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 118 *n.* 84.

Monna

Monna *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 184 fig. Buff.
Die Mone: Simia Mona *Schreb. Säugth. I p.* 97 *n.* 15 *tab.* 15 fig. Buff.
Die Mone *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 7 *tab.* 1 *fig.* 3. Buff.

Longitudo corporis $1\frac{1}{2}$ ped. caudae 2 ped. Caput paruum, rotundatum. Roſtrum craſſum, breue. Facies plana, fuſca. Frons lunula griſea: faſcia nigra ab oculis ad aures, et inde ad humeros et brachia. Auriculae rotundatae. Barba e pilis albis, flauis nigriſque mixta. Corpus ſupra rufo-fuſcum, venter et crura intus albicant. Crura extus et pedes nigra. Vngues ſubacuti, pollicum vero rotundati. Cauda obſcure griſea, ad eiusdem ortum vtrinque macula parua alba. Nates calloſae. Quadrupes incedit.

Habitat in Aſia, Africa, vulgaris. Mitis et docilis.

Sabaea. 11. C. imberbis flauicans, facie atra, cauda cinerea, natibus caluis.

Le Singe verd: Cercopithecus ex cinereo flaueſcens, genis longis pilis albis obſitis *Briſſ. regn. an. p.* 204 *n.* 17.
Singes verds *Adanſ. Seneg. p.* 76, 177.
The St. Iago Monkey *Edw. Glean. I p.* 10 *tab.* 215.
Simia (Sabaea) caudata imberbis flauicans, facie atra, cauda cinerea, natibus caluis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 38 *n.* 18.
Le Callitriche *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 272 *tab.* 37.
The green Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 113 *n.* 76.
Callitrice *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 185 *fig.* 1 fig. Buff.
Der Mohr *Müll. Naturſ. I p.* 129.
Der grüne Affe: Simia Sabaea *Schreb. Säugth. I p.* 100 *n.* 17 *tab.* 18 fig. Edw.

Magnitudo Cati. Corpus ſupra e cinereo viridique flaueſcens; ſubtus gula, pectore, abdomine, femoribus album. Caput paruum rotundatum. Roſtrum elongatum. Facies nuda atra. Auriculae paruae, rotundatae, nigrae. Tempora ex albido flaueſcentia, pilis longioribus reuerſis. Supercilia nigra ſetoſa. Cauda recta, gracilis, longitudine corporis, cana. Pedes cinerei. Vngues rotundati, ſed in anticis ouati. Nates calloſitate parua.

Habitat in Africa, gregarius; vulgaris in inſulis capitis viridis. Quadrupes. Mutus.

Patas. 12. C. barbatus ſupra ruber, ſubtus canus.

Κηπος *Aelian. anim. XVII c.* 8.

Simius Callitrichus *Alpin. Aeg. I p.* 244 *tab.* 20 *fig.* 4. mala.

Peaſants *Barbot Guin. p.* 212 ?

Le Singe roux d'Egypte: Cercopithecus barbatus, rufus, facie nigra, caeſarie alba cincta *Briſſ. regn. an. p.* 210 *n.* 27.

Patas *Dictionn. anim. III p.* 359.

Patas *Bom. dictionn. III p.* 385.

Le Patas à bandeau noir *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 208 *tab.* 25.

Le Patas à bandeau blanc *Buff. hiſt. nat. XIV tab.* 26.

The red Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 116 *n.* 82.

Scimie roſſe del Senegal *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 181 fig. Buff.

Der rothe Affe: Simia Patas *Schreb. Säugth. I p.* 98 *n.* 16 *tab.* 16 fig. Buff.

Der rothe Affe *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 7 *tab.* 1 *fig.* 4 Buff.

Longitudo corporis ad 2 ped. forſan et maior. Corpus gracile, ſupra pulchre rubrum, ſplendens, ſubtus canum. Oculi profundi. Roſtrum longum.

Linea

Linea tranſuerſa nigra ſupra oculos inter aures. Auriculae tenues, pilis longioribus. Mentum barba flaua. Cauda corpore breuior. Nates calloſae.

Variat faſcia alba faciei; barba alba.

Habitat in Senegal. Quadrupes plerumque incedit. Minus agilis reliquis, curioſus valde. Defendit ſe lapidibus atque excrementis in hoſtes proiectis.

nictitans. 13. C. imberbis niger punctis pallidis adſperſus, naſo albo, pollice palmarum breuiſſimo, natibus tectis.

White noſes *Purch. Pilgr. II p.* 955.
Angolenſis alius *Marcgr. Braſ. p.* 227.
Simia (nictitans) caudata imberbis nigra punctis pallidis adſperſa, naſo albo, pollice palmarum breviſſimo, natibus tectis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 40 *n.* 23.
The winking Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 120 *n.* 87.
Der nickende Affe *Müll. Naturſ. I p.* 132.
Der weiſsmäulige Affe *Schreb. Säugth. I p.* 103 *n.* 20.

Magnitudo fere Simiae Siluani. Facies breuis piloſa. Orbitae nudae. Irides luteae. Naſus albus. Labia et mentum albida. Pili corporis nigri annulis aliquot pallidioribus. Nates tectae. Cauda recta, cylindrica, corpore longior. Pedes et cauda nigra. Pollex palmarum non longior primo articulo indicis.

Habitat in Guinea, ludibundus, capite continuo nictitans.

Petauriſta, 14. C. barbatus facie nigra, labiis macula triangulari alba, buccis auriculisque nudis.

Blanc-nez *Allam. Buff. hiſt. nat. XIV p.* 141 *tab.* 39 *f*

Der weiſsnaſige Affe: Simia Petauriſta *Schreb. Säugth. I p.* 103 *n.* 21 *tab* 19 *B* fig. Allam.

Die Weiſsnaſe *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 8 *tab.* 2 *fig.* 1 Allam.

Longitudo corporis 13 pollicum, caudae 20 poll. Facies plana, nigra. Oculi magni, profundi. Frons flaua. Orbitae atque buccae nudae. Macula triangularis niuea ſub naribus, apice deorſum verſo. Mentum barba alba breui. Auriculae ouatae, nudae. Faſcia nigra trans caput ab aure ad aurem, pilis longioribus. Dorſum et cauda ſupra et pedes latere exteriore nigro-oliuacea. Manus nigrae. Pedes intus pallide griſei. Pectus et venter alba. Nates caluae. Vngues rotundati.

Habitat in Guinea. Tetrapus. Mitiſſimus, agilis. Ne barba madeſcat, dum potat, bene curat.

Talapoin. 15. C. buccis barbatis, pedibus nigris, cauda ſupra oliuacea, ſubtus cinerea.

Le Talapoin *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 287 *tab.* 40.

The Talapoin Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 115 *n.* 79.

Talapoino *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 186 *fig.* 1 Buff.

Der ſchwarznaſige Affe: Simia Talapoin *Schreb. Säugth. I p.* 101 *n.* 18 *tab.* 17. fig. Buff.

Der ſchwarznaſige Affe *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 8 *tab.* 1 *fig.* 5 Buff.

Caput rotundum. Roſtrum ſubelongatum. Naſus acutus. Facies plana, coloris carnei. Auriculae magnae, rotundatae, nudae, nigrae. Pili in buccis longiſſimi verſus aures reflexi. Mentum barba parua. Corpus ſupra et artus latere exteriore obſcure flaueſcenti-virides, ſubtus flauo-albidi. Pedes nigri. Vngues digitorum acuminati, pollicum rotundati. Cauda longa, gracilis, ſupra obſcure oliuacea, ſubtus cinerea. Nates calloſae.

Lon-

Longitudo corporis pedis vnius, caudae 19 pollicum.

Habitat in India.

Num eadem cum ſequente?

Cephus. 16. C. buccis barbatis, vertice flaueſcente, pedibus nigris, cauda apice ferruginea.

Alius Guineenſis *Marcgr. Braſ. p.* 228.

Alius Guineenſis *Rai. ſyn. quadr. p.* 156.

Simia caudata, genubus auribusque barbatis *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 3 *n.* 12.

Cebus barbatus alius Guineenſis *Klein. quadrup. p.* 89.

Simia caudata, auribus genubusque barbatis. The tailed Simia, with tufts of hair at the ears and knees *Hill anim. p.* 539.

Le Singe de Guinée à barbe jauneâtre: Cercopithecus nigricans, genis et auriculis longis pilis ex albo flauicantibus obſitis, ore coeruleſcente *Briſſ. regn. an p.* 206 *n.* 19.

Simia (Cephus) caudata, buccis barbatis, vertice flaueſcente, pedibus nigris, cauda apice ferruginea *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 27 *n.* 9.

Geſtaarte Baard-Aap, met gebaarde Wangen, de top geelagtig, de Pooten zwart, de Staart aan 't end vaal *Houtt. nat. hiſt. I p.* 362.

Simia (Cephus) caudata, buccis barbatis, vertice flaueſcente, pedibus nigris, cauda apice ferruginea *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 39 *n.* 19.

Le Mouſtac *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 283 *tab.* 39.

The Mouſtache Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 114 *n.* 78.

Muſtacchio *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 185 *fig.* 2 Buff.

Das Blaumaul *Müll. Naturſ. I p.* 130.

Der blaumäulige Affe: Simia Cephus *Schreb. Säugth. I p.* 102 *n.* 19 *tab.* 19. fig. Buff.

 Lon-

Longitudo corporis ped. 1 caudae 18 poll. Facies nuda caeruleſcens. Vertex flauus pilis longis erectis. Naſus breuis. Lunula ſuperciliorum transuerſa alba. Circa os pili aliquot nigri. Labia infra naſum niuea. Ante auriculas faſciculi duo magni pilorum flauorum. Corpus ſupra e rubro vel vireſcente griſeum, ſubtus pallidius. Cauda dorſo concolor, excepto apice ferrugineo. Nates calloſae. Pedes nigri. Vngues plani.

Habitat in Guinea. Tetrapus incedit. Ludit et clamat.

Aethiops. 17. C. imberbis vertice pilis arrectis lunulaque frontis albis.

Simia Aethiops *Haſſelqu. Palaeſt. p.* 270.

Simia (Aethiops) caudata imberbis, vertice pilis arrectis lunulaque frontis albis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 28 *n.* 14.

Geſtaarte Aap zonder Baard, met overendſtaande witte Hairen op den Kop en een Wit Maantje aan 't Voorhoofd *Houtt. nat. hiſt. I p.* 366.

Simia (Aethiops) caudata imberbis, vertice pilis arrectis lunulaque frontis albis *Linn. muſ. Ad. Fr. II pag.* 4.

Simia (Cephus) β *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 39.

Le Mangabey *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 244 *tab.* 32.

Le Mangabey à collier blanc *Buff. hiſt. nat. XIV tab.* 33.

The white-eye-lid Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 144 *n.* 77.

Mangabey *Aleſſ. quadr. IV tab.* 183 fig. Buff.

Der weiſsäugige Affe: Simia Aethiops *Schreb. Säugth. I p.* 105 *n.* 22 *tab.* 20, 21 figg. Buff.

Caput ſubrotundum. Roſtrum obtuſiuſculum, breue. Facies nigra, lanuginoſa. Myſtaces breuiuſculae, ſubri-

ſubrigidae, ſparſae ſine ordine. Naſus oblongus, aequalis, parum eleuatus. Nares oblongae, baſi remotiores. Supercilia piloſa: pilis longis molliuſculis. Palpebrae ſuperiores albiſſimae, ſine linea candida tenuis proxime ſuper ſupercilia transuerſaliter per frontem extenſa. Auriculae ſubrotundae, nigrae, margine inaequales. Coma ſubrigida, candida, erecta, copioſa, parum longa ad tempora infra auriculas (in Buffonii varietate). Corpus teres, aequale, verſus inguina parum anguſtatum. Cauda corpore paullo longior, teres, baſi craſſior, apice aequalis, ſubtus ad baſin valde piloſa. Lumbi latiores. Nates caluae. Crura anguſtiora. Manus nigrae. Digiti plantarum longiores. Vngues pollicum et palmarum plani, rotundati; plantarum ſubacuti. Color capitis, dorſi, laterum, caudae et crurum ſupra ex cano et virideſcente mixtus, in aliis obſcurior. Abdomen, gula et crura ſubtus candida. Crura anterius cana. Cauda ſubtus ferruginea. Magnitudo felis domeſticae.

Hunc lubenter contraherem cum Cepho, praeeunte ſummo Linneo, niſi propriam ſpeciem dicerent Buffonius, Pennantus, Schreberus, olimque ipſe Linneus.

Habitat in Aethiopia, Madagaſcar. Mitis atque docilis. Quadrupes incedit. Menſtruat.

Aygula. 18. C. ſubimberbis griſeus, eminentia piloſa verticis reuerſa longitudinali.

Simia (Aygula) caudata ſubbarbata, eminentia piloſa verticis longitudinali *Osb. Oſtind. p.* 130.
Simia (Aygula) caudata ſubbarbata griſea, eminentia piloſa verticis longitudinali *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 27. *n.* 10.

Geſtaarte Baard-Aap, die grys is van Koleur, met een Kuif van Hair langs heen boven op den Kop *Houtt. nat. hiſt. I. p.* 363.

The middle ſized black Monkey *Edw. glean. III p.* 221 *tab.* 311.

Simia (Aygula) caudata ſubimberbis griſea, eminentia piloſa verticis reuerſa longitudinali *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 39 *n.* 21.

L'Aigrette *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 190 *tab.* 21.

The Egret Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 116 *n.* 81.

Aigrette *Alcſſ. quadrup. IV tab.* 180 *fig.* 2. Buff.

Der Eulaffe *Müll. Naturſ I p.* 131.

Der Tjäkko: Simia Aygula *Schreb. Säugth. I p.* 106 *n.* 23 *tab.* 22 fig. Buff.

Magnitudo Felis minoris. Corpus griſeum, coloris Lupi, ſubtus gula, pectore abdomineque albicans. Cauda corpore longior, cinerea, attenuata. Caput antice nigrum, eminentia piloſa verticis griſea. Facies planiuſcula, albida, nuda. Naſus depreſſus, breuiſſimus, ab ore remotus lacuna labii ſuperioris gemina. Bucca ſubbarbata, pilis ſurſum verſis. Supercilia frontis gibba, ſetoſa, prominentia. Auriculae acutiuſculae. Pedes nigri ſemipalmati: vnguibus pollicum rotundatis, reliquis oblongis. Sutura arcuata ab aure verſus oculos deorſum ad baſin maxillae inferioris. Sutura alia cubiti longitudinalis.

Habitat in India orientali. Ludibundus, alligatus ſaltat continuo. Blanditur homini aliisque Aygulis: aliis Simiis viſis geſticulatur. Ludit cum canibus. Dormiunt plures capitibus ſibi inuicem appoſitis. Noctu perpetuo clamat.

Buffonio videtur varietas Cynomolgi, quod quidem maxime miror.

Pen-

Pennanto le Malbrouck Buffonii, quem vide in C. Fauno, huc pertinere videtur: neque equidem hoc intelligo.

Maura. 19. C. totus niger.

Simiolus ceylonicus *Seb. theſ. I p. 77 tab. 48 fig. 3?*
Cebus Simiolus ceylonicus *Klein. quadrup. p. 88?*
The Negro Monkey *Penn. ſyn. quadr. p. 115 n. 80.*
Der Mohraffe: Simia Maura *Schreb. Säugth. I p. 107 n. 24 tab. 22 B* fig. propria.
Der Mohraffe *Müll. Naturſ. Suppl. p. 9 tab. 2 fig. 2* Schreb.

Caput rotundum. Naſus ſubacutus. Facies coloris fuſco carnei, pilis paucis nigris. Irides rubro fuſcae. Pili ſupra oculos longi cum ſupercilis connexi. Auriculae pilis temporum ſuboccultatae. Pili corporis, artuum et caudae nigri, ſat longi, pectus et venter e nigro carnea ſubnuda. Manus cute nigra molli. Magnitudo felis maioris.

Habitat in Guinea, agilis mitisque.
Num varietas C. Aygulae?

ſinicus. 20 C. imberbis, capillitio horizontali plano.

A Rillow *Knox Ceylon p. 26 cum fig.* mal.
Le bonnet-chinois *Buff. hiſt. nat. XIV p. 224 tab. 30*
The Chineſe Monkey *Penn. ſyn. quadr. p. 117. n. 87.*
Simia (ſinica) caudata imberbis, capillitio vndique horizontaliter caput obumbrante *Linn. mant. II p. 521.*
Simia di Bengala *Aleſſ. quadrup. IV tab. 182* fig. Buff.
Der Hutaffe: Simia ſinica *Schreb. Säugth. I p. 108 n. 25 tab. 23* fig. Buff.
Der Hutaffe *Müll. Naturſ. Suppl. p. 9 tab. 2 fig. 3* Buff.

Pallide cinereo fuſcus. Facies plana, rugoſa, incarnata, lanugine alba. Naſus longus, laeuis, albicans. Capillitium horizontale orbiculi inſtar ca-

put obumbrat. Auriculae magnae, rotundatae. Labium ſuperius craſſum. Vertex et dorſum medio caſtanea, crura pallide fuſca, manus flaueſcentes. Corpus ſubtus pallide fuſcum. Cauda corpore longior, ſupra colore dorſi, ſubtus ventris.

Habitat in India orientali gregarius. Spoliat hortos et agros, vt vix retineatur.

Hunc Buffonius refert ad ſuum Malbrouck, quem vide in C. Fauno.

Roloway. 21. C. nigro fuſcus, barba alba bifida.

Palatine, ou Roloway *Allam. Buff. hiſt. nat. XV p.* 77 *tab.* 13 *f*

Der Palatinaffe: Simia Roloway *Schreb. Säugth.* I *p.* 109 *n.* 26 *tab.* 25 fig. Allam.

Der Palatinaffe *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 10 *tab.* 2 *fig.* 5 Allam.

Longitudo corporis $1\frac{1}{2}$ ped. Cauda longitudine corporis. Facies triangularis, plana, nigra, circumferentia alba, ex qua oritur barba alba bifida in pectus propendens. Corpus ſupra nigro fuſcum, pilis in capite, lateribus cruribusque apice albis. Pectus, venter, circumferentia natium calloſarum, et crura latere interiore alba (in patria animalis dicuntur eſſe aurantii coloris).

Habitat in Guinea. Mitis, ludibundus.

Nemaeus. 22. C. mento buccisque barbatis, natibus piloſis, cauda alba.

Sifac *Flacourt Madag. p.* 153? (vix eſt.)

Le grand Singe de la Cochinchine: Cercopithecus cinereus, genis longis pilis ex albo flauicantibus obſitis, torque ex caſtaneo purpuraſcente *Briſſ. regn. an. p.* 205 *n.* 18.

Le Douc *Buff. hiſt. nat. XIV p.* 298 *tab.* 41.

The Cochinchina Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 119 *n.* 85.

Simia

Simia (Nemaeus) caudata imberbis, buccis barbatis, cauda alba *Linn. mant. II p.* 521.
Sifach *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 186 *fig.* 2 Buff.
Der Duk: Simia Nemaeus *Schreb. Säugth. I p.* 110 *n.* 27 *tab.* 24 fig. Buff.
Der Duk *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 10 *tab.* 2 *fig.* 4 Buff.

Longitudo corporis $3\frac{1}{2}$-4 ped. Facies breuis, planiuſcula, rubra. Labia et orbitae oculorum bruneae. Auriculae minutae, nudae, rubrae. Frons barbaque alba. Tempora pilis longioribus exalbido cinereis. Collare purpuraſcens. Caput ſupra et corpus griſeum, pectus et venter flaua. Pedes ſupra nigri, infra albi. Pollex palmarum breuis. Vngues ſubacuti, excepto pollice plantarum. Ad baſin caudae macula magna alba. Nates tectae piloſae, quod ſoli huic Cercopitheco proprium. Cauda alba, mediocris, vix longitudine corporis.

Habitat in Cochinchina. In Madagaſcar? Erectus ſaepe incedit.

Species obſcurae.

* The tawny Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 120 *n.* 86 Magnitudo Cati. Roſtrum paullulum productum, coloris carnei. Naſus planus. Aures coloris carnei. Supra pallide fuſcus, pilorum baſibus cinereis. Dorſum poſtice aurantium. Pedes cinerei. Venter albus. Cauda corpore breuior.

Habitat in India. Malignus.

Varietas facie nigra, buccis pilis longis albis, corpore pallide griſeo vireſcens. Artus griſei. Cauda fuſca. *Penn. ſyn. quadr. addit. tab.* 13 *A fig.* 2.

** The Goat Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 120 *n.* 88. Facies nuda, caerulea, oblique ſtriata. Barba longa caprina. Corpus et artus profunde fuſca. Cauda longa. *Muſ. brit.*

*** The

*** The annulated Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 121 *n.* 89.

Facies plana. Pili longiores in fronte et buccis. Corpus et artus ſupra fuſca, venter cinereus. Cauda corpore breuior, annulata colore profundius et pallidius fuſco. *Muſ. brit.*

5. CEBVS.

Dentes Primores inciſores, ſupra et infra IV.
Laniarius vtrinque I.
Manus in palmis plantisque.
Mammae pectorales II.
Cauda prehenſilis.
Nates piloſae.

Belzebul. 1. C. barbatus niger, caudae extremo pedibusque brunneis.

Aquiqui *Laet Amer. p.* 553.

Guariba Braſilienſibus *Marcgr. Braſ. p.* 226 *fig.* bona.

Cercopithecus Guariba apud Braſilienſes dictus *Ionſt. quadrup. p.* 142.

Cercopithecus Meerkatz *Ionſt. quadrup. tab.* 61.

Guariba Braſilienſibus Marcgrauii *Rai. ſyn. quadrup. p.* 153.

Singes *Dampier voy. III p.* 302.

Simia caudata barbata, cauda prehenſili *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 3 *n.* 14.

Cebus Guariba Marcgrauii *Klein. quadrup. p.* 88.

Simia caudata barbata, cauda feminuda. The bearded Simia, with the tail half naked *Hill. anim. p.* 539.

Le Sapajou noir: Cercopithecus niger, pedibus fuſcis *Briſſ. regn. an. p.* 194 *n.* 2.

Die ſchwarze glatte Meerkatze *Hall. vierf. p.* 555.

Aquiqui *Dictionn. anim. I p.* 148.

Aqui-

Aquiqui *Bom. dictionn. I p.* 136.
Simia (Belzebul) caudata barbata nigra, cauda prehenſili extremo pedibusque brunneis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 37. *n.* 12.
L'Ouarine *Buff. hiſt. nat. XV p.* 5.
The howling Baboon *Bancr. Guian. p.* 133.
The Preacher Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 122 *n.* 91.
Der Fliegenfänger *Müll. Naturſ. I p.* 125.
Der ſchwarze Brüllaffe: Simia Belzebul *Schreb. Säugth. I p.* 112 *n.* 28.
Guariba, Guereba *Braſilienſibus.*

E maximis huius generis, magnitudine vulpis. Niger, pilis longis laeuiſſimis nitidus. Barba rotunda, nigra. Facies elata. Oculi nigri, ſplendentes. Auriculae breues, ſubrotundae. Pedes et caudae extremum fuſca; cauda apice nuda. Mas paullo maior femina. Tetrapus.

Habitat in Braſilia et propinquis terris gregarius.

Minor aliquis ante et poſt meridiem in medio et altiori loco reſidet, reliqui paullo inferius circumſident: ille praecinit alta voce et ſigno manu dato, reliqui omnes accinunt, donec ſuperior iterum manu ſignum det; tunc omnes vno momento ſilent, et ſuperior grandi voce cantionem finit; niſi forte hac in fabula elephantem ex muſca fecerit Marcgrauius. Mordax animal, nec domandum. Catulos in dorſo gerit.

Os ſingulare cauum et durum in gula, vnde vox fortis; quod vide apud *Grew muſ. reg. ſoc. p.* 11 *tab.* 2 ſub nomine: a throttle bone of a male Aquiqui.

Seni-

CEBI cum Callitrichibus ſoli nouo orbi proprii, niſi forte Iacchus in Aethiopia reperiatur.

CEBOS dico, non quod veterum Cebos putem animalia veteribus certe ignota, ſed quod nomine generico indigeo.

Senicu-lus. 2. C. barbatus rufus.

Rex ſimiorum *Laet Amer. p.* 553.

Arabata *Gum. Orin. I p.* 295.

Cercopithecus barbatus maximus, ferrugineus, ſtertoroſus *Barr. Fr. équ. p.* 150.

Le Singe rouge de Cayenne: Cercopithecus barbatus ſaturate ſpadiceus *Briſſ. regn. an. p.* 206 *n.* 20

Simia (Seniculus) caudata barbata rufa, cauda prehenſili *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 37 *n.* 13.

L'Alouate *Buff. hiſt nat. XV p.* 5.

Another Monkey *Bancr. Guian. p.* 135.

The royal Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 123 *n.* 91 *a*)

Der Greiſs *Müll. Naturſ. I p.* 126.

Der rothe Brüllaffe: Simia Seniculus *Schreb. Säugth. I p.* 113 *n.* 29.

Mono colorado *Carthagenienſibus.*

Alawata, Singe rouge *Guianenſibus.*

Magnitudo circiter praecedentis, vel paullo maior. Color totius ruber. Barba minor. Vngues acuti, pollicum plantarum rotundiore. Auriculae magnae.

Habitat in Guiania in ſiluis ad fluuium. Transeuntes ex arboribus voce ingrata, rauca admodum ſimul clamoſa eminusque audienda ſalutat; vix adſpici ſe ſinit, quin illico clamet. Nocturnus. Victitat Muſae fructibus. Caro editur ſapida. Vox ingratior adhuc quam praecedentis.

Varietatem C. Belzebul putant Buffonius atque Pennantus, quod vix credibile videtur.

Paniſcus. 3. C. imberbis ater, palmis tetradactylis.

Cercopithecus maior, niger, faciem humanam referens: Qouata *Barr. Fr. équ. p.* 150.

Le Belzébut: Cercopithecus in pedibus anterioribus pollice carens, cauda inferius verſus apicem pilis deſtituta *Briſſ. regn. an. p.* 211 *n.* 29.

The

The four-fingered Monkey: Simia fuſca maior, palmis tetradactylis, cauda prehenſili ad apicem ſubtus nuda *Brown. Iam. p.* 489.

Simia (Paniſcus) caudata barbata, cauda prehenſili, palmis ſubtetradactylis. *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 26 *n.* 7.

Belzebut *Dictionn. anim. I p.* 272.

Geſtaarte Baard-Aap, met een aanvattende Staart, de Voorpooten omtrent viervingerig *Houtt. hiſt. I p.* 359.

A Spider Monkey *Edw. Glean. III p.* 222 (abſque figura).

Simia (Paniſcus) caudata imberbis atra, cauda prehenſili, palmis tetradactylis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 37 *n.* 14.

Le Coaita *Buff. hiſt. nat. XV p.* 16 *tab.* 1.

The ape here called a Quato *Bancr. Guian. p.* 131 (ecaudatam dicit).

Quata *Fermin Surin. II p.* 115.

The fourfingered Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 124 *n.* 92.

Coaita *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 187 fig. Buff.

Der kleine Pan oder Waldgott *Müll. Naturſ. I p.* 126

Der vierfingerige Affe: Simia Paniſcus *Schreb. Säugth. I p.* 115 *n.* 30. *tab.* 26 fig. Buff.

Magnitudo Moloſſi. Corpus gracile, atrum, pilis longis, rudibus, villoſum. Caput paruum, oblongum, roſtro craſſo. Oculi magni, profundi. Auriculae breues, humanae, nudae. Facies nuda, ex nigro rubra. Naſus depreſſus. Pedes longi, graciles, cum cauda extrema dimidia brunnea, ſubtus nuda. Ne quidem rudimentum pollicis in palmis. Vngues palmarum rotundati, plantarum oblongiuſculi. Cauda corpore longior.

Habitat

Habitat in Guiania, Braſilia, Peru. In magnis gregibus arbores inhabitat, raro in terra videtur. Salit ex arbore in arborem ex cauda dependens, etiam pluribus inter ſe cauda concatenatis. Geſticulatur, ramos, vrinam, excrementa iniicit in peregrinantes. Agilliſmus, ſat mitis ac docilis. Vix fert noſtrum clima. Cauda omnia arripit, cibumque eadem ori admouet, diciturque cauda piſcari. Parit 1-2. Menſtruat.

Capucinus 4. C. imberbis fuſcus, cauda hirſuta, pileo artubusque nigris.

Cercopithecus braſilianus II. Cay *Cluſ. exot. p.* 372

Cay *Laet Amer. p.* 553.

Caa apud Touvoupinamboutios *Ionſt. quadrup. p.* 144.

Cay Braſilianis Tououpinamboutiis dictus *Rai. ſyn. quadr. p.* 155.

Macaq *Froger voy. p.* 145.

Simia (Capucina) caudata imberbis, cauda longa hirſuta, facie flaueſcente *Linn. muſ. Ad. Frid. I p.* 2 *tab.* 2.

Le Sapajou brun: Cercopithecus fuſcus, capitis vertice nigro *Briſſ. regn. an. p.* 193 *n.* 1.

Le petit Singe negre: Cercopithecus totus niger *Briſſ. regn. an. p.* 196 *n.* 5.

Der ledergelbe Muſkusaffe *Hall. vierf. p.* 557?

Simia (Capucina) caudata imberbis, cauda longa hirſuta, facie flaueſcente *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 29 *n.* 19.

Geſtaarte Aap zonder Baard, met een lange ruige Staart, het Aangezigt geelagtig *Houtt. nat. hiſt. I p.* 369.

Simia (Capucina) caudata imberbis fuſca, cauda prehenſili hirſuta, pileo artubusque nigris, natibus tectis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 42, *n.* 30.

Le Sajou *Buff. hiſt. nat. XV p.* 37. Le Sajou brun *tab.* 4. Le Sajou gris *tab.* 5. (Hoc quidem ſynonymon

mon doctiſſ. Schreberus refert ad Apellam, Pennantus ad trepidum, mihi huc potius pertinere videtur.)

Le Saï *Buff. hiſt. nat. XV p.* 51 *tab.* 8.

Le Saï à gorge blanche *Buff. hiſt. nat. XV tab.* 9.

Der braune Sapajou *Fermin Surin II p.* 115.

The weeper Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 127 *n.* 94.

Saj *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 189 fig. Buff.

Saiu bruno *Aleſſ. quadr. IV tab.* 188 *fig.* 1. Grigio *fig.* 2 figg. Buff.

Der Capuziner *Müll. Naturſ. I. p.* 136.

Der Winſelaffe: Simia Capucina *Schreb. Säugth. I p.* 120 *n.* 34 *tab.* 29 fig. Linn.

Longitudo corporis 12-14 pollicum. Variat colore fuſco, nigro, griſeo, in dorſo ſaturatiore; at capitis vertex, pedes caudaque nigra. Pectus ferrugineum, interdum album. Caput rotundum. Roſtrum breue et craſſum. Facies incarnata, plerisque nigricans, fronte magis incarnata. Ruga varicoſa nigra retractilis ſupra frontem ante pileum. Naſus craſſus, verſus oculos carinatus. Oculi caſtanei, approximati. Auriculae rotundatae, piloſae, incarnatae. Dentes laniarii non diſtantes a proximis. Cauda corpore paullo longior, ſemper curuata, circumque collum ſaepius coniecta, pilis longioribus villoſa. Vngues digitorum acuti, pollicum plantarum rotundati. Pedes ſitu transuerſo ponit, vt poſtici ſemper inter anticos collocentur.

Habitat in Braſilia et Surinamo, gregarius.

Tarſis incedit tetrapus, non ſaliens. Tardus, nec facile ſcandit. Miſer et eiulans ſemper, clamore horrendo hoſtes pellit; ſtridet ſaepius vti Cicada; iratus latrat more catuli. Agilis, ludibundus. Melius reliquis omnibus fert noſtrum clima, vt adeo in Gallia pariat. Non menſtruat. Parit 1-2. Moſchum redolet. Mitis, docilis, timidus.

 Apella.

Apella. 5. C. imberbis, corpore fuſco, pedibus nigris.

Simia (Apella) imberbis, cauda prehenſili, pedibus nigris, corpore fuſco *Linn. muſ. Ad. Frid. I p.* 1 *tab.* 1.

Simia (Apella) caudata imberbis, cauda ſubprehenſili, corpore fuſco, pedibus nigris *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 28 *n.* 17.

Geſtaarte Aap zonder Baard, met een Staart die byna kan grypen, een bruin Lighaam en zwarte Poten *Houtt. nat. hiſt. I p.* 367.

Simia (Apella) caudata imberbis, cauda ſubprehenſili, corpore fuſco, pedibus nigris, natibus tectis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 42 *n.* 29.

Der Kahlbart *Müll. Naturſ. I p.* 136.

Der Saju: Simia Apella *Schreb. Säugth. I p.* 119 *n* 33 *tab.* 28 fig. Linn.

Hic quibus differat a Capucino, non ſatis intelligo. Coniungit vtrumque cum trepido doctiſſ. Pennantus.

Habitat in America auſtrali.

trepidus. 6. C. imberbis, capillitio arrecto, manibus pedibusque caeruleis, cauda villoſa.

The buſh-tailed Monkey *Edw. glean. III p.* 222 *tab.* 312.

Simia (trepida) caudata imberbis, capillitio arrecto, manibus pedibusque caeruleis, cauda prehenſili villoſa *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 39 *n.* 20.

The Capucin Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 126. *n.* 93.

Der Zitteraffe *Müll. Naturſ. I p.* 130.

Der Buſchſchwanzaffe: Simia trepida *Schreb. Säugth. I p.* 118 *n.* 31 *tab.* 27 fig. Edw.

Differt a praecedentibus capillitio arrecto hemiſphaerico. Forte eadem ſpecies, vti videtur Pennanto.

Habitat in America auſtrali.

Fatuel-

Fatuellus. 7. C. imberbis, capitis faſciculis pilorum duobus erectis.

The Tittee: Simia minor ſubfuſco-miſcella, ventre albido, cauda ad apicem nuda *Brown. Iam. p.* 489?

Le Sapajou cornu: Cercopithecus ex nigro et fuſco variegatus, faſciculis duobus pilorum capitis corniculorum aemulis *Briſſ. regn. an. p.* 165 *n.* 3.

Simia (Fatuellus) caudata imberbis, cauda prehenſili, capitis faſciculis pilorum duobus corniculorum aemulis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 42 *n.* 28.

The horned Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 129 *n.* 96.

Der Feldgott *Müll. Naturſ. I p.* 135.

Der Hornaffe: Simia Fatuellus *Schreb. Säugth. I p.* 118 *n.* 32.

—A Capucino differt faſciculis pilorum duobus in vertice corniculorum aemulis; forte varietas mera eiusdem, vti Buffonio videtur.

Habitat in America auſtrali.

ſciureus. 8. imberbis flauo fuſcus, ore caeruleſcente, pedibus ferrugineis.

Sagouin *Froger. voy. p.* 144.

Cercopithecus minor luteus: Sapajou jaune *Barr. Fr. equ. p.* 151.

Simia (ſciurina) imberbis, cauda longa, occipite gibbo, vnguibus plantarum quatuor oblongis *Linn. muſ. Ad. Frid. I p.* 3.

Le Sapajou jaune: Cercopithecus pilis ex fuſco, flaveſcente et candicante variegatis veſtitus, pedibus ex flauo rufeſcentibus *Briſſ. regn. an. p.* 197 *n.* 8.

Simia (ſciurea) caudata imberbis, occipite prominulo, vnguibus quatuor plantarum oblongis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 29 *n.* 20.

Geſtaaite Aap zonder Baard, het Agterhoofd uitſteekende, vier Nagelen der Agterpooten langwerpig *Houtt. nat. hiſt. I p.* 369.
Der ſehr kleine americaniſche Affe, mit kurzem Bart, langem Schwanz, ſchwarzblauem Mund und langen Nägeln; Todtenköpflein genannt *Muſ. baruth. p.* 1 *tab. I* fig. bona.
Simia (ſciurea) caudata imberbis; occipite prominulo, vnguibus quatuor plantarum ſubulatis, natibus tectis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 43 *n.* 31.
Le Saïmiri *Buff. hiſt. nat. XV p.* 67 *tab.* 10.
Der gelbe Sapajou *Fermin Surin. II p.* 116.
The orange Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 128 *n.* 95.
Sajmiri *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 190 fig. Buff.
Der Eichhornaffe *Müll. Naturſ. I p.* 136.
Das Todtenköpfchen: Simia ſciurea *Schreb. Säugth. I p.* 121 *n.* 35 *tab.* 30 fig. muſ. Baruth.
Singe de nuit *Cayennenſibus.*
Sapajou aurore, Sapajou orangé, Sapajou jaune *Gallis vulgo.*

Longitudo corporis 10-12 poll. Caput rotundum, occipite gibbo prominulo. Facies plana, nuda. Naſus depreſſus, parumper acutus, apice nigreſcens. Supercilia ſetacea. Oculi magni. Orbitae incarnatae. Os fuſco caeruleſcens, paruum. Auriculae rotundatae, pilis longioribus ſordide albis. Corpus pilis molliſſimis flauo fuſcis, ſubtus pallidum. Vlnae et tibiae ferrugineae ſiue aurantiae. Vngues palmarum rotundati, plantarum ſubulati, excepto pollicum. Cauda longitudine dupla corporis villoſa, apice nigra.

Habitat in Braſilia et Guiania.

Tenerum animal, vix ferens noſtrum clima. Prouocatum clamat miſere. Moſchum redolet.

Huius

Huius omnino foetus videtur:

Cercopithecus americanus minor, Monkje dicitur *Seb. theſ. I p.* 52 *tab.* 33. *fig.* 1.

Cebus Caput mortuum vulgo *Klein. quadrup. p.* 88.

Le Singe à queue de rat: Cercopithecus in dorſo ſpadiceus, in ventre glaber, cauda murina *Briſſ. regn. an. p.* 201 *n.* 13.

Der Todtenkopf *Hall. vierf. p.* 558.

Simia (Morta) caudata imberbis, ore fuſco, corpore ſpadiceo, cauda nuda ſubſquamoſa *Linn ſyſt. nat.* 10, *I p.* 29 *n.* 18.

Tête de Mort *Dictionn. anim. IV p.* 324.

Geſtaarte Aap zonder Baard, met een bruinen Bek, het Lyf ſcharlaken rood, de Staart kaal en eeniger maate geſchubd *Houtt. nat. hiſt. I p.* 368. *tab.* 6 *fig.* 5.

Cercopithecus caudatus, imberbis, ore fuſco: cauda nuda ſubſquamoſa *Gronov. zooph. I p.* 5. *n.* 21.

Tête de Mort *Bom. dictionn. IV p.* 366.

Simia (Morta) caudata imberbis ſpadicea, ore fuſco, cauda nuda ſquamoſa *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 43 *n.* 32.

Die Meerkatze mit dem Todtenkopf *Fermin. Surin. II p.* 116.

Der Todtenkopf, Mönch, *Müll. Naturſ. I p.* 137 *tab.* 6 *fig.* 5.

lugubris. 9. C. imberbis niger, facie ferruginea.

Magnitudo Capucini. Totus niger. Facies ferruginea, cum circumferentia vsque in pedes anticos. Eſt in viuario Sereniſſ. Principis Haſſiae, Caſſellis. Mitis. A nemine hactenus deſcriptus, quantum video.

Species obſcurae.

* Cercopithecus Luzonis minimus D. Camel. Magu vel Boot Indorum *Petiv. gazoph. tab.* 13 *fig.* 11

Simia caudata, ore ciliisque vibrizatis *Linn. ſyſt. nat. 6 p. 3 n. 6.*

Simia (Syrichta) caudata imberbis, ore ciliisque vibriſſatis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p* 29 *n.* 21.

Geſtaarte Aap zonder Baard, de Bek en Oogleden met lange Hairen *Houtt. nat. hiſt. I p.* 369

Simia (Syrichta) caudata imberbis, ore ciliisque vibriſſatis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 44 *n.* 33.

The Philippine Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 121 *n.* 90.

Der Zwerg *Müll. Naturſ. I p.* 137.

Der Magu: Simia Syrichta *Schreb. Säugth. I p.* 124 *n.* 36 *tab.* 31 fig. Petiv.

Habitat in Philippinis inſulis.

Nocturnam dicit Petiuerius, qui ſolus eam habuit, arborisque ramo circumligare pullum ad ſuum corpus.

** The Antigua Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 129 *n.* 97.

Longitudo corporis 18 pollicum, caudae 20 poll. Facies nigra. Naſus breuis. Tempora barbata. Dorſum et latera colore ex aurantio et nigro intime mixto. Venter albus. Crura extus nigra, intus cinerea. Cauda profundius cinerea. Rich. Morris Eſq. habuit ex Antigua, loco tamen natali incerto. Mitis, agilis, ludibundus.

CAL-

6. CALLITHRIX.

Dentes Primores inciſores ſupra et infra IV.
Laniarii ſolitarii.
Manus in palmis plantisque.
Mammae pectorales II.
Cauda elongata non prehenſilis.
Nates tectae.
Sacci in buccis nulli.

Pithecia. 1. C. ſubimberbis, vellere nigro apice albo, cauda nigra villoſiſſima.

Cagui Braſilienſibus *Marcgr. Braſ. p.* 227 *fig.* mediocr.

Cagui Braſilienſibus *Ionſt. quadrup. p.* 143 *tab.* 60 fig. Marcgr.

Cagui maior Braſilienſibus *Rai. ſyn. quadr. p.* 154.

Le Sapajou à queue de renard: Cercopithecus pilis nigris, apice albido, veſtitus, cauda pilis longiſſimis nigris obſita. *Briſſ. regn. an. p.* 195 *n.* 4.

The Sakee-winkee: Simia minima, capite albido, dorſo fuſco pone ruſeſcenti, cauda crinita *Brown. Iam. p.* 489.

Simia (Pithecia) caudata ſubimberbis, vellere nigro apice albo, cauda nigra villoſiſſima *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 40 *n.* 22.

Le Saki *Buff. hiſt. nat. XV p.* 88 *tab.* 12.

The Saccawinkee *Bancr. Guian. p.* 135.

Der ſchwarze Saguin *Fermin Surin. II p.* 117?

The fox tailed Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 130 *n.* 98.

Simia coda di volpe *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 191 fig. Buff.

Der Affe mit dem Fuchsſchwanz, der Saki *Berl. Samml. IV p.* 72.

Der Poſſenreiſser *Müll. Naturſ. I p.* 132.

Der Saki: Simia Pithecia *Schreb. Säugth. I p.* 125 *n.* 37 *tab.* 32 fig. Buff.

Maxima huius generis, longitudine corporis 17 pollicum. Caput rotundatum, paruum, roſtro breuiore. Auriculae paruae, rotundatae. Facies nigricans, lanugine breui, alba. Frons et tempora tecta pilis longioribus albidis. Naſus craſſus. Oculi magni, prominentes, nigri. Corpus nigrum, pilis omnibus apice albis. Gula, et abdomen pilis ſordide albicantibus. Cauda pilis longis nigris, interdum rufis, elongata. Manus nigrae. Vngues acuti, pollicum rotundati.

Habitat in Guiania. Facile manſueſcit, ludibundus, ſemper tamen paullulum malitioſus.

Iacchus. 2. C. auribus villoſis patulis, cauda hirſutiſſima cinerea nigro annulata.

Callithrix *Plin. hiſt. nat. VIII c.* 54 *(c.* 80 *Hard.)?*

Cercopithecus Braſilianus I *Cluſ. exot. p.* 371.

Cercopithecus Braſilianus III Sagouin *Cluſ. p.* 372 *cum fig.* mediocr.

Sagovin *Laet Amer. p.* 553.

Cercopithecus Sagouin Cluſii *Nieremb. hiſt. nat. p.* 177 *fig.* Cluſii.

Sagouin *Nieremb. hiſt. nat. p.* 177 *fig.* peſſima.

Cagui minor *Marcgr. Braſ. p.* 227 *fig.* mala.

Caitaia Braſilienſibus *Marcgr. Braſ. p.* 227.

Cercopithecus Sagouin Cluſ. *Ionſt. quadrup. p.* 143 *tab.* 74 fig. Cluſii.

Caitaia *Ionſt. quadr. p.* 143 *tab.* 60 fig. mala.

Galeo-

CALLITRICHES voco animalcula antecedentibus proxima, quamvis vtique genere differant, quae vere pilis coloribusque pulchris gaudent. Veteribus Callithrix Simiae pulchrum genus erat.

Galeopithecus Sagoin: Eine Art der Meerkatzen *Geſn. Thierb. p* 22 *fig.* peſſima.

Animalculum e genere eorum, quae Hollandi Sanguinen vocant *Ludolf. Aeth. I c.* 10 *n.* 58 *fig.* mediocr.

Cagui minor Braſilienſibus *Rai. ſyn. quadr. p.* 154.

Caitaia *Rai ſyn. quadr. p.* 155.

Cercopithecus Sagouin Cluſ. *Rai. ſyn. quadr. p.* 160.

Simia caudata imberbis, vnguibus pollicum ſubrotundis *Linn. ſyſt. nat. 6 p.* 3 *n.* 8.

Cercopithecus minor, dilute oliuaceus, paruo capite *Barr. Fr. équ. p.* 151.

A very ſmall Monkey Parſon: *Philoſ. Transact. Vol. XLVII p.* 146 *fig* mala.

Cebus Sagouin dictus *Klein. quadrup. p.* 87 *tab.* 3 *fig.* mediocris.

Cebus Moſchum redolens *Klein. quadrup. p.* 88.

Simia caudata imberbis, fuſca, vnguibus pollicum ſubrotundis. The long-tailed, brown Simia, with the claws rounded *Hill. anim. p.* 537 *tab.* 26 *fig.* mala.

Le Singe muſqué: Cercopithecus ex albido flaueſcens, moſchum redolens *Briſſ. regn. an. p.* 197 *n.* 7.

Le Sagouin: Cercopithecus taeniis transverſis alternatim fuſcis et e cinereo albis variegatus, auriculis pilis albis circumdatis *Briſſ. regn. an. p.* 202. *n.* 14.

Das kleinſte Sangouinchen *Hall. vierf. p.* 561.

Simia (Iacchus) caudata, auribus villoſis patulis, cauda hirſutiſſima longiſſima, vnguibus ſubulatis: pollicum rotundatis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 27 *n.* 12.

The Sanglin or Cagui minor *Edw. glean. I p.* 15 *tab.* 218 fig. opt.

Geſtaarte Aap, met wyde ruige Ooren, een zeer lange en zeer ruige Staart, de Nagelen Elswyze doch die der Duimen rond aan 't end *Houtt. nat. hiſt. I p.* 364.

Simia (Iacchus) caudata, auribus villoſis patulis, cauda hirſutiſſima curuata, vnguibus ſubulatis: pollicum rotundatis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 40 *n.* 24.
L'Ouiſtiti *Buff. hiſt. nat. XV p.* 96 *tab.* 14 fig. bona.
The ſtriated Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 132 *n.* 200.
Giacco *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 193 fig. Buff.
Der Sagoin Ouiſtiti genannt *Berl. Samml. IV p.* 78.
Der Biſamaffe *Müll. Naturſ. I p.* 132.
Der Sanglin oder kleinere Cagui *Edw. monogr.*
Der Sagoin: Simia Iacchus. *Shreb. Säugth. I p.* 126 *n.* 38 *tab.* 33 fig. Buff.
Akarima *Guianienſibus.*
Fonkes *aethiopice.*
Guereza *amharice.*

Longitudo corporis poll. 6 - 7, caudae poll. 11 et vltra. Caput minimum; rotundum. Facies e nigro incarnata. Naſus paruus craſſus. Irides rubicundae. Auriculae rotundatae, magnae. Faſciculi pilorum longiſſimi, albi circa aures. Supra naſum inter oculos macula alba ſiue flaueſcens. Labia alba. Corpus pilis molliſſimis, cinereo, rufo et fuſco transuerſim ſtriatum. Cauda admodum villoſa, cinereo et nigro annulata, ſubcuruata. Manus pilis breuioribus. Vngues ſublati, pollicum rotundati.

Habitat in Braſilia, videturque etiam eſſe in Aethiopia, veteribus forſitan nota.

Agilis, irrequieta, ſcandens more Sciuri, cauda incuruata. Rodit ligna vt Mures, edit inſecta, fructus, lacticinia, panes triticeos martiosque, Theam, Paſſeres, Piſces. Indomita, morſitans, Felibus infeſtiſſima, quarum ventri ſe affigit. Sonus ſtridor ſibilans. Odor Moſchi. Velociſſime ſalit. Frigoris impatientiſſima. Parit tamen in Luſitania.

Oedi-

Oedipus. 3. C. imberbis, capillo dependente, cauda rubra.
Cercopithecus non barbatus *II Cluſ. exot. p.* 371.
Cercopithecus non barbatus 2 Cluſii *Rai. ſyn. quadr. p.* 160.
Simia caudata imberbis, collo pectoreque iubatis *Linn. ſyſt. nat. 6 p.* 3 *n.* 11.
Cebus inberbis 2 Cluſii *Klein. quadrup. p.* 89.
Cebus Liocephalus, Leoniceps, Löwenmeerkatze *Klein. quadrup. p.* 90.
The little Lion Monkey *Edw. birds IV tab.* 195.
Simia caudata collo pectoreque iubatis. The tailed Simia, with a mane on the neck and the breaſt *Hill. anim. p.* 538.
Le Tamarind: Cercopithecus pilis cineraſcentibus, nigro mixtis, veſtitus, cauda rufa *Briſſ. regn. an. p.* 199 *n.* 10.
Le Singe-Lion: Cercopithecus collo pectoreque iubatis *Briſſ. regn. an. p.* 204 *n.* 16.
Le petit Singe du Mexique: Cercopithecus pilis ex fuſco et rufo veſtitus, facie vltra auriculas vsque nigra et nuda, vertice longis pilis albis obſito *Briſſ. regn. an. p.* 210 *n.* 28.
Der Löwenaffe *Hall. vierf. p.* 560.
Das gröſſere Sangouinchen *Hall. vierf. p.* 561.
Simia (Oedipus) caudata imberbis, capillo dependente *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 28 *n.* 13.
Geſtaarte Aap zonder Baard, met neerhangend Hoofdhair *Houtt. nat. hiſt. I p.* 364 *tab.* 6 *fig.* 3 Edw.
Simia (Oedipus) caudata imberbis, capillo dependente, cauda rubra, vnguibus ſubulatis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 41 *n.* 25; *III append. p.* 227.
Le Pinche *Buff. hiſt. nat. XV p.* 114 *tab.* 17.
The red-tailed Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 133 *n.* 102.
Pinco *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 195 fig. Buff.

Der

Der kleine Löwenaffe oder Pinche *Berl. Samml. IV p.* 86. cum fig. Edw.

Der kleine Löwenaffe *Müll. Naturſ. I p.* 133 *tab.* 6 *fig.* 3 Edw.

Der Pinche: Simia Oedipus *Schreb. Säugth. I p.* 128 *n.* 39 *tab.* 34 fig. Edw.

Longitudo corporis 9 pollicum. Caput rotundatum. Facies nigra, pilis raris albis. Oculi nigri: irides ferrugineae. Naſus craſſus. Verruca in vtraque bucca. Auriculae ſubrotundae, nigrae, nudae. Corpus profunde aurantium, fere rubrum. Cauda longitudine dupla corporis, nigra, a baſi ad medium rubra, parum piloſa. Pectus, venter et pedes albi. Gula nigra. Manus intus nigrae. Vngues ſubulati, excepto pollice palmarum breui. Caput capillitio dependente longo albo. Ani regio rubra. Cutis corporis totius nigra.

Habitat in Mexico, Braſilia, Guiania.

Animal tenerum, agile. Vox Muris ſiue auiculae. Odor Moſchi.

Roſalia. 4. C. capite piloſo, faciei circumferentia pedibusque rubris.

Le petit Singe-Lion: Cercopithecus ex albo flauicans, faciei circumferentia ſaturate rufa *Briſſ. reg. an. p.* 200 *n.* 11.

Simia (Roſalia) caudata imberbis, capite piloſo, faciei circumferentia pedibusque rubris, vnguibus ſubulatis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 41 *n.* 26.

Le Marikina *Buff. hiſt. nat. XV p.* 108 *tab.* 16.

The ſilky Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 133 *n.* 101 *tab.* 15.

Simiotto Leone *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 194 fig. Buff.

Der kleinköpfige Löwenaffe *Berl. Samml. IV p.* 83.

Der Roſenaffe *Müll. Naturſ. I p.* 134.

Der

Der Marikina: Simia Roſalia *Schreb. Säugth. I p.* 130 *n.* 40 *tab.* 35 fig. Buff.
Le petit Singe-Lion *Gallis vulgo.*

Longitudo corporis 8-9 pollicum, caudae 12-14 poll. Caput rotundum. Facies fuſca, circumferentia longius piloſa, rubra, qua auriculae rotundatae nudae occultantur. Naſus craſſus. Oculi rufi. Corpus pilis denſis, longis, ſericeis, ſplendentibus, pallide flauis, fere albis. Manus obſcure purpureae. Vngues ſubulati, pollicum rotundati. Cauda apice floccoſa.

Habitat in Braſilia. Agilis.

argentata. 5. C. imberbis exalbida, facie rubra, cauda fuſceſcente.

Singes - - - on les nomme Pinches à Maynas, et à Cayenne Tamarins *Condam. voy. p.* 165.
Micos *Vlloa voy. I p.* 50.
Le petit Singe de Para: Cercopithecus ex cinereo albus argenteus, facie auriculisque rubris ſplendentibus, cauda caſtanei coloris *Briſſ. regn. an. p.* 201 *n.* 12.
Sagouin *Bom. dictionn. IV p.* 70.
Le Mico *Buff. hiſt. nat. XV p.* 121 *tab.* 18.
The fair Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 134 *n.* 103.
Simia (argentata) caudata imberbis exalbida, facie rubra, cauda fuſceſcente *Linn. mant. II p.* 521.
Mico *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 196 fig. Buff.
Die kleine Meerkatze von Para *Berl. Samml. IV p.* 90.
Der Miko: Simia argentata *Schreb. Säugth. I p.* 131 *n.* 41 *tab.* 36 fig. Buff.
Der Mico *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 11 *tab.* 2 *fig.* 6 Buff.

Longitudo corporis 8 pollicum, caudae 12 poll. Caput paruum rotundatum. Facies cum auriculis ſanguinea

guinea ſiue cinnabarina. Roſtrum breue. Auriculae magnae, nudae. Oculi diſtantes. Corpus pilis longis, ſplendentibus, argenteis, pulcherrimis. Cauda ſplendens, tenuis, caſtanea. Vngues incurui: pollicum plantarum rotundati.

Habitat in Braſilia.

Midas. 6. C. imberbis, labio ſuperiore fiſſo, auribus quadratis nudis, pedibus croceis.

Cercopithecus minimus, niger, leontocephalus, auribus Elephantinis *Barr. Fr. équ. p.* 151.

The little black Monkey *Edw. birds IV tab.* 196.

Die lächerliche Meerkatze aus America *Hall. vierſ. p.* 560?

Simia (Midas) caudata imberbis, labia ſuperiore fiſſo, auribus quadratis nudis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 28 *n.* 15.

Geſtaarte Aap zonder Baard, met de bouenlip geſpleeten en kaale vierkante Ooren *Houtt. nat. hiſt. I p.* 366 *tab.* 6 *fig.* 4 Edw.

Cercopithecus imberbis, caudatus, niger; labio ſuperiore fiſſo; auriculis quadratis nudis; pedibus croceis *Gronov. zooph. I p.* 5 *n.* 20.

Simia (Midas) caudata imberbis, pedibus rufis, vnguibus ſubulatis *Linn. muſ. Ad. Frid. II p.* 4.

Simia (Midas) caudata imberbis, labio ſuperiore fiſſo, auribus quadratis nudis, vnguibus ſubulatis, pedibus croceis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 42 *n.* 27.

Le Tamarin *Buff. hiſt. nat. XV p.* 92 *tab.* 13.

Der ſchwarze Saguin mit gelben Füſſen *Fermin Surin. II p.* 117.

The great eared Monkey *Penn. ſyn. quadr. p.* 131 *n.* 99.

Tamarino *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 192 fig. Buff.

Der kleine Mydasaffe *Berl. Samml IV p.* 75.

Der

Der Langohr *Müll. Naturſ. I p.* 135 *tab.* 6 *fig.* 4 Edw.
Der Tamari: Simia Midas *Schreb. Säugth. I p.* 132 *n.* 42 *tab.* 37 fig. Edw.

Longitudo corporis 7 - 8 pollicum. Caput rotundum, incarnato-nigricans. Facies nuda. Pili frontis erectiores. Auriculae quadratae, magnae, nudae, incarnato-nigricantes. Naſus craſſus. Oculi caſtanei. Labium ſuperius fiſſum. Corpus pilis mollioribus, atris, poſtice in dorſo paullo flaueſcentibus. Manus et pedes crocei ſiue rubri. Vngues arcuati, acuminati, compreſſi, ſed in pollice plantarum parui, rotundati, plani. Cauda corpore duplo longior, cylindrica, pilis breuioribus nigris tecta.

Habitat in calidioribus Americae auſtralis. Agilis. Manſueſcit. Non facile fert noſtrum clima.

7. LEMVR.

Dentes Primores ſuperiores IV: intermediis remotis.
inferiores VI longiores porrecti, compreſſi, paralleli, approximati.
Laniarii ſolitarii, approximati.
Molares plures, ſublobati: antici longiores acutiores.
Manus in palmis plantisque (*plerisque*).

tardigradus. 1. L. ecaudatus.

Animal elegantiſſimum Robinſoni *Rai. ſyn. quadr. p.* 161.

Animal-

LEMVRES praecedentibus proximi, figura, moribus, cibo. Faciem vulpinam habent.

Animalculum cynocephalum ceilonicum, Tardigradum dictum, Simii ſpecies *Seb. theſ. I p.* 55 *tab.* 35 *fig.* 1 mas, *fig.* 2 femina: figg. bonae.
Cercopithecus ceilonicus, ſeu tardigradus dictus, maior, mas *Seb. theſ. I p.* 75 *tab.* 47 *fig.* 1 bon.
Simia mammis quaternis, capite ad aures crinito *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 42.
Simia ecaudata, vnguibus indicis ſubulatis *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 3 *n.* 2.
Simia acauda, digitorum indicum vngue ſubulato *Linn. amoen. acad. I p.* 558.
Der Faule mit dem Hundskopf, beyderley Geſchlechts *Meyer Thiere III tab.* 3 fig. Seb.
Simia ceylonica, ſuperiori labio leporino *Klein. quadrup. p.* 86.
Simia roſtro canino, capite elato *Klein. quadrup. p.* 86.
Simia acauda, vnguibus indicis ſubulatis. The tailleſs Simia, with the claws of the fore - toes ſubulated *Hill. anim. p.* 536.
Lemur (tardigradus) ecaudatus *Linn. muſ. Ad. Frid. I p.* 3.
Le Singe de Ceylan: Simia (ceylonica) vnguibus indicis pedum poſteriorum longis, incuruis et acutis *Briſſ. regn. an. p.* 190 *n.* 3.
Le Singe cynocephale de Ceylan: Simia cynocephala (ceylonica) vnguibus indicis longis, incuruis et acutis *Briſſ. regn. an. p.* 191 *n.* 2.
Der langgeſtreckte röthliche Affe *Hall. vierf. p.* 551.
Der Affe von Ceilon *Hall. vierf. p.* 552.
Lemur (tardigradus) ecaudatus *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 29 *n.* 1.
Makis *Dictionn. anim. III p.* 11 (cum congeneribus).
Spookdier zonder Staart *Houtt. nat. hiſt. I p.* 398 *tab.* 7 *fig.* 1 Sebae.
Der kleine oſtindiſche Affe, ohne Schwanz, mit dem Hundskopf, Menſchenhänden und langen ſpitzigen

gen Nägeln an dem zweyten Zehen des Fuſſes *Muſ. baruth. p.* 19 *tab.* 9 *fig.* 1 bona.

Der allerkleinſte oſtindiſche röthliche Affe ohne Schwanz, mit dem Hundskopf, Menſchenhänden, und langen ſpitzigen Nägeln am zweyten Zehen des Fuſſes, ſo man noch nicht beſchrieben oder abgebildet findet. *Muſ. baruth. p.* 19 *tab.* 9 *fig.* 2.

Loris *Bom. dictionn. II p.* 716.

Le Loris *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 210 *tab.* 30.

Lemur (tardigradus) ecaudatus *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 44 *n.* 1.

The tailleſs Maucauco *Penn. ſyn. quadr. p.* 135 *n.* 104 *tab.* 16 *fig.* 1.

Lori *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 160 fig. Buff.

Der Langſchleicher *Müll. Naturſ. I p.* 147 *tab.* 7 *fig.* 1 Sebae.

Der ceyloniſche Affe *Mart. Naturlex. I p.* 563.

Der Loris: Lemur tardigradus *Schreb. Säugth. I p.* 134 *n.* 1 *tab.* 38 fig. propria.

Statura Sciuri. Caput paruum, rotundatum, roſtro acuminato. Facies tecta. Naſus acuminatus. Orbitae oculorum nigro circumdatae. Oculi magni, approximati. Linea longitudinalis alba oculis interiecta. Auriculae ſubnudae, breues, vrceolatae, intus bifoliatae: interius ſcilicet aures inſtruuntur lamellis duabus membranaceis obtuſis, exſtantibus, longitudine auriculae. Corpus longum, gracile, pilis breuibus, mollibus, ſericeis, cinereo ferrugineis, linea dorſali ſubfuſca, in fronte bifurcata, gula albidiore. Mammae duae pectorales, duae in abdomine verſus pectus. Artus tenuiores. Pedum palmae plantaeque nudae. Vngues rotundati: indicum plantarum vero ſubulati. Cauda fere nulla.

In femina colores dilutiores in dorſo, ſaturatiores in ventre; in mare vice verſa *Briſſ.* Femina meit e clitoride perforata, quod maxime ſingulare *Buff.*
Habitat in Zeylona.
Tardigradus Linneo ex auctoritate ſuſpecta Sebae, negantibus id Buffonio, Pennanto Schrebero. Tener, olfactu audituque excellens, phytiphagus, monogamus.

Mongoz. 2. L. caudatus griſeus, cauda vnicolore piloſa.
Simius Zambus *Nieremb. hiſt. nat. p.* 176 *cum fig.* mala.
The Macaſſar Fox *Nieub. Eaſt. Ind. p.* 361 *cum fig.*
Singes bruns de couleur des caſtors *Cauche Madag. p.* 127.
Vary *Flacourt Madag. p.* 153 *fig.* peſſima.
The Chitote *Barbot Guin. p.* 560 *tab.* 7 fig. mala.
Simia-Sciurus lanuginoſus fuſcus ex Iohannae inſula *Petiv. gazoph. tab.* 17 *fig.* 5 mediocris.
Le Maki aux pieds fauves: Proſimia fuſca, rufo admixto, facie nigra, pedibus fuluis *Briſſ. regn. an. p.* 221 *n.* 3.
Le Maki aux pieds blancs: Proſimia fuſca, naſo, gutture et pedibus albis *Briſſ. regn. an. p.* 221 *n.* 2.
Der Biberaffe *Hall. vierſ. p.* 559?
The Mongooz *Edw. glean. I p.* 12 *tab.* 216.
Maki *Bom. dictionn. III p.* 7 cum ſequentibus.
Le Mongous *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 174 *tab.* 26.
Lemur (Mongoz) caudatus griſeus, cauda vnicolore *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 44 *n.* 2.
The woolly Maucauco *Penn. ſyn. quadr. p.* 136 *n.* 105.
Mongus *Alcſſ. quadrup. III tab.* 149 fig. Buff.
Das Ringauge *Müll. Naturſ. I p.* 147.
Der Mongus: Lemur Mongoz *Schreb. Säugth. I p.* 137 *n.* 3 *tab.* 39 *A* fig. Buff. *tab.* 39 *B* fig. Edw.
Der Mongus *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 12.

Ein

Ein Monkos *Walch. Naturf. VIII p.* 26 *tab.* 1 fig. mala.

Magnitudo Cati. Corpus griſeum ſubtus album, pilis longis, denſis, mollibus, criſpis. Cauda concolor, elongata. Faſcia ocularis fuſca. Naſus albus, apice nigro. Irides aurantiae. Auriculae breues, rotundatae. Pedum palmae plantaeque nudae, nigricantes. Vngues rotundati, excepto indicis plantarum ſubulato.

Variat pedibus albis vel fuluis; facieque tota fuſca. *Habitat* in Madagaſcar inſulisque adiacentibus vſque ad Celebes. Dormit in arboribus, phytiphagus. Caput contra pluuiam cauda obtegit. Salax, ludibundus, mitis, tener. Vox porcelli.

Macaco. 3. L. caudatus niger, collari barbato, cauda piloſa.
Les Antauarres *Cauche Madag. p.* 127.
Cercopithecus indicus Bugée dictus *Rai. ſyn. quadr. p.* 158? vix videtur.
Cercopithecus indicus Bugee dictus *Sloan. Iam. II p.* 329? vix.
Le Maki: Proſimia fuſca *Briſſ. regn. an. p.* 220 *n.* 1.
The black Maucauco *Edw. glean. I p.* 13 *tab.* 217.
Lemur cauda floccoſa, corpore fuſco *Gronov. zooph. I p.* 5 *n.* 22.
Le Vari *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 174 *tab.* 27.
Lemur (Macaco) caudatus niger, collari barbato *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 44 *n.* 3.
The raffed Maucauco *Penn. ſyn. quadr. p.* 138 *n.* 107.
Vari *Aleſſ. quadrup. III tab.* 150 fig. Buff.
Der Bartkragen *Müll. Naturſ. I. p.* 147.
Der Vari: Lemur Macaco *Schreb. Säugth. I p.* 142 *n.* 4 *tab.* 40 *A* fig. Edw. *tab.* 40 *B* fig. Buff.

Longitudo corporis 11 pollicum, caudae 16 poll. et vltra. Roſtrum elongatum, acutum. Irides aurantiae, fere rubrae. Auriculae breues, pilis longioribus caput circumdantibus fere occultatae. Color totius niger vel fuſcus, interdum albus nigro maculatus pedibus nigris, vel etiam totus albus. Pili molliſſimi. Vngues indicis plantarum fere ſubulati.

Habitat in Madagaſcar. Bene maſueſcit. Cubile purum ſeruat; radiis ſolis delectatur; dormit in loco tenebricoſo. Phytiphagus reſpuit oua, carnes, piſces. Vox fortiſſima pro corporis mole parua.

Catta. 4. L. caudatus, cauda albo nigroque annulata piloſa.

Vary *Flacourt Madag. p.* 153.

The Maucauco *Edw. birds IV tab.* 197.

Cebus capite vulpino, Füchſel-Männchen *Klein. quadrup. p.* 90.

Le Maki à queue annelée: Proſimia cinerea, cauda cincta annulis alternatim albis et nigris *Briſſ. regn. an. p.* 222 *n.* 4.

Lemur Catta *Toreen Surat. p.* 440.

Der Fuchsaffe *Hall. vierſ. p.* 560.

Lemur (Catta) cauda annulata *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 30 *n.* 2.

Spookdier met een gebandeerde Staart *Houtt. nat. hiſt. I p.* 399 *tab.* 7 *fig.* 2 Edw.

Lemur (Catta) cauda nigro-annulata *Linn. muſ. Ad. Frid. II p.* 5.

Le Mocock ou Mococco *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 173 *tab.* 22.

Lemur

Lemur Catta et *Tarſier* recedunt paullulum dentium ſtructura a congeneribus.

Lemur (Catta) caudatus, cauda albo nigroque annulata *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 45 *n.* 4.
The ring-tail Maucauco *Penn. ſyn. quadrup. p.* 137 *n.* 106.
Mococo *Aleſſ. quadrup. III tab.* 148 fig. Buff.
Der Maukauko *Berl. Samml. V p.* 376 fig. Edw.
Der Eichhornaffe *Müll. Naturſ. I p.* 148 *tab.* 7 *fig.* 2 Edw.
Der Mokoko: Lemur Catta *Schreb. Säugth. I p.* 143 *n.* 5 *tab.* 41 fig. Edw.

Corpus magnitudine et ſtatura felis, griſeum, ſubtus album totum, vna cum temporibus, auribus, frontisque albedine bifida. Vellus omne denſiſſimum, molliſſimum, rectiuſculum. Dentes primores ſuperiores ſex obtuſi: intermediis remotis; inferiores ſex paralleli, ſubulati, prominentes, approximati: anterioribus ſenſim longioribus. Laniarii ſupra tres, ſubulati: primo maiore exſerto; infra ſolitarii absque ſpatio remouente. Molares vtrinque nonnulli, obtuſi. Caput naribus acuminatum, labio ſuperiore prominulo, vt in cane. Vibriſſae ad os ſiue nares, et antice ſupra oculos. Lingua glabra, mollis. Os nigricans. Area oculorum nuda. Oculi magni. Sutura perpendicularis palpebrae ſuperioris. Irides brunneae. Auriculae erectae. Aurium vellus anticum longius piloſum. Verrucae in medio temporum, et antico ſuperciliorum. Macula nuda in vlna interiore. Pedes Simiae, talis incedentes: pollice omnium ſpatio remoto; ſubtus nigri et nudi. Poſtici longitudine corporis, ſupra albi. Vngues digitis anguſtiores; pollicum omnes ouati; reliquorum, magis acuti, ſubcarinati. Cauda longitudine dupla corporis, erecta, ſemper mouenda, obtuſa, craſſiuſcula, villoſa, picta annulis pluribus albis alternisque nigris, ſedenti ſaepe circa corpus caputque flexa. Vulua propendens.

 Recedit

Recedit itaque dentibus paullulum à congeneribus, neque tamen ideo ſeparandus.

In Linneano exemplo oculus dexter diurnus pupilla lineari perpendiculari; ſiniſter nocturnus pupilla orbiculata magna.

Habitat in Madagaſcar et proximis inſulis, gregarius. Victitat fructibus, oleribus, radicibus. Cibos tenet manibus; mundus, mitiſſimus, tardiuſculus, placidus et tranquillus murmurat vt Felis. Vidi Caſſellis, in viuario Sereniſſimi Principis.

flauus. 5. L. flauus, cauda prehenſili.

Cercopithecus indicus Bugee dictus *Sloan. Iam. II p.* 329?

The yellow Maucauco *Penn. ſyn. quadr. p.* 138 *n.* 108 *tab.* 16 *fig.* 2.

Der Maki mit dem Wickelſchwanze: Lemur flauus *Schreb. Säugth. I p.* 145 *n. 6 tab.* 42 fig. Penn.

Der Wickelſchwanz *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 13 *tab.* 2 *fig.* 7 Penn.

Myſtaces longae. Labium ſuperius fiſſum. Auriculae breues nudae. Oculi magni, fulgidi. Corpus craſſum, pilis acutiſſimis luce variabilibus colore. Digiti 5-5, pollice retrorſum verſo? Cauda longitudine corporis, apice gracillimo, penicillo quaſi inſtructo. Aculei clauati, medio craſſiores, coloris argentei.

Habitat in Indiae orientalis ſiluis.

Mirum, quod antecedentis ſpeciei eſſe putet Buffonius.

34. CAVIA.

34. ÇAVIA.

Dentes Primores ſupra et infra II.
Laniarii nulli.
Pedes digitati: digitis 4-3. (*At Pacae* 5-5.)
Cauda nulla, aut breuis.

Aperea. 1. C. ecaudata, corpore ex cinereo rufo.
Cuniculus Indicus foemina *Aldrov. digit. p.* 393 *fig.* mala.
Aperea Braſilienſibus, Belgis veldratte vel Boſchratte *Marcgr. Braſil. p.* 223 *cum fig.* mediocr.
Aperea Cuniculi ſpecies Veldratte *Ionſt. quadrup. tab.* 63 *fig.* Marcgr.
Apereá *Piſ. Ind. p.* 103 *cum fig.* Marcgr.
Aperca, Cuniculi ſpecies, ein Feldratte *Geſn. Thierb. p.* 177 *fig.* Marcgr.
Cuniculus Braſilienſis Aperea dictus Marcgr. *Rai. ſyn. quadr. p.* 206.
Cauia, Aperea *Klein. quadrup. p.* 50.
Lepus auribus breuioribus obtuſis. The Lepus, with ſhort and obtuſe ears: the Aperea *Hill anim. p.* 526.
Lè Lapin du Bréſil: Cuniculus (braſilienſis) ecaudatus, auritus, ex cinereo rufus *Briſſ. regn. an. p.* 149 *n.* 8.
Die braſilianiſche Buſchratte *Hall. vierf. p.* 404.
Aparea *Dictionn. anim. I p.* 144.

Cavia

CAVIAE (rectius ÇAVIAE) barbaro nomine primo vſus Kleinius, poſt hunc Pallaſius. Affines hae Hyſtrici. Clauiculae nullae, quae adſunt in cognatis reliquis. Capite craſſo, breui, retuſo. Crebro pariunt, prole numeroſa, maxima, perfecta. Victu vegetabili vtuntur. Omnes fere in America degunt.

Çavia Aparea *Dictionn. anim. I p.* 450.
Lapin du Breſil *Dictionn. anim. II p.* 603.
L'Aperea *Buff. hiſt. nat. XV p.* 160.
The indian Coney, Puccarara *Bancr. Guian. p.* 141.
The rock Cavy *Penn. ſyn. quadr. p.* 244 *n.* 177.
Aperea, die braſilianiſche Buſchratte, das braſilianiſche Kaninchen *Mart. Naturlex. III p.* 4 *cum fig.*
Die braſilianiſche Maus: Mus Aperea *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 40.

Longitudo corporis pedis vnius. Caput paullo acutius leporino. Auriculae breues, rotundatae. Labium ſuperius diuiſum. Color corporis ſupra leporinus, in ventre albus. Cauda nulla.

Habitat in Braſiliae ſpeluncis fiſſurisque rupium. Inceſſus Leporis; mores Cuniculi, nec tamen fodit terram. Caro proba ob quam capitur caniculis. Facile manſueſcit.

Porcellus. 2. C. ecaudata, corpore variegato.
Porcellus Indicus *Schwenckf. theriotr. p.* 119.
Cuniculus indicus, fortaſſe Cuitlatepolli *Nieremb. hiſt. nat. p.* 160 *fig.* mala.
Expreſſior effigies Cuniculi Indici *Nieremb. hiſt. nat. p.* 160 *fig.* mala.
Cuniculus indicus *Aldrov. digit. p.* 390.
Porcellus indicus *Aldrov. digit. p.* 391 *fig.* mala.
Cuniculus indicus *Aldrov. digit. p.* 392 *fig.* mala.
Cavia Cobaya Braſilienſibus *Marcgr. Braſ. p.* 224 *cum fig.* mala.
Porcellus indicus *Ionſt. quadrup. p.* 162.
Cuniculi Indus Geſneri *Ionſt. quadrup. tab.* 63 fig. mala.
Cuniculus porcellus Indicus *Ionſt. quadrup. tab.* 65 fig. mala.
Çavia Çobáya *Piſ. Ind. p.* 102 *cum fig.* Marcgr.

India-

Indianiſch Küniglein *Geſn. Thierb. p.* 176 *cum fig.* mediocr.

Porcellus Indicus ſiue Guinenſis *Charlet. exerc. p.* 24.

Mus ſeu Cuniculus Americanus et Guineenſis, Porcelli pilis et voce, Cavia Cobaya Braſilienſibus dictus Marcgr. *Rai. ſyn. quadr. p.* 223.

Porcellus indicus *Rzacz. auct. p.* 333.

Meerſchweinchen *Linn. Weſtgoth. p.* 244.

Das Meerſchweinlein *Meyer Thiere I tab.* 82.

Mus cauda abrupta, palmis tetradactylis, plantis tridactylis *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 10 *n.* 1.

Cavia Cobaya Braſil. quibusdam Mus Pharaonis. Tatu piloſus, Porcellus, Mus indicus *Klein. quadrup. p.* 49.

Mus corpore variegato, cauda nulla. The Mus, with a variegated body, and without a tail: the Guinea-Pig *Hill anim. p.* 520 *tab.* 25 *fig.* mediocr.

Mus Porcellus *Linn. amoen. acad. IV p.* 190 *tab.* 2.

Mus (braſilienſis) cauda abrupta, palmis tetradactylis, plantis tridactylis *Linn. muſ. Ad. Frid. I p.* 9.

Le Lapin des Indes: Cuniculus (Indicus) ecaudatus, auritus, albus aut rufus, aut ex vtroque variegatus *Briſſ. regn. an. p.* 147 *n.* 7.

Lepus cauda nulla *Kram. auſtr. p.* 315.

Mus maior albo fuluoque varia, cauda nulla: the Guinea Pig *Brown. Iam. p.* 484.

Das Meerſchweinchen *Hall. vierf. p.* 402 *tab.* 19.

Mus (Porcellus) cauda nulla, palmis tetradactylis, plantis tridactylis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 59 *n.* 1.

Cavia Cobaya *Dictionn. anim. I p.* 449.

Lapin des Indes *Dictionn. anim. II p.* 602.

Le Cochon d'Inde *Buff. hiſt. nat. VIII p.* 1 *tab.* 1.

Guineeſch Biggetje: Muis zonder Staart, de Voorpooten vier-de Agterpooten drie-Vingerig *Houtt. nat. hiſt. II p.* 439.

The Guiney-Pig *Edw. glean. II tab.* 294.

Cuni-

Cuniculus ecaudatus, auritus, albus aut rufus aut ex vtroque variegatus *Gronov. zooph. I p.* 4 *n.* 16.
Cochon d'Inde *Bom. dictionn. I p.* 615.
Mus (Porcellus) cauda nulla, palmis tetradactylis, plantis tridactylis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 79 *n.* 1.
The reſtleſs Cavy *Penn. ſyn. quadr. p.* 243 *n.* 176.
Porcellino d'India *Aleſſ. quadrup. II tab.* 84 fig. Buff.
Das Meerſchweinchen *Müll. Naturſ. I p.* 334.
Porcellino d'India *Italis.*
Cochino de India, Cochino de Guinea *Hiſpanis.*
Cochon d'Inde, Cochon de Guinée *Gallis.*
Meerſchweinchen *Germanis.*
Guineeſch Biggetje *Belgis.*
Guiny pig *Anglis.*
Swinka Zamorska *Polonis.*

Cuniculo minor: longitudine corporis 10-11 poll. Caput ouatum, craſſiuſculum: roſtro obtuſo, rotundato. Labium ſuperius ſemifiſſum, inferius breuius. Vibriſſae plurimae, capite breuiores, ad roſtrum Setae circiter tres ſupra canthum oculi anteriorem, et totidem pone aut fere infra canthum oculi poſteriorem. Nares minimae, curuatae, transuerſae. Oculi fuſci, prominentes. Palpebrae margine nudo. Auriculae breues, latae, rotundatae, tenues, glabrae. Collum breue. Pili corporis erecti, molles. Color albus aut aurantio nigroque variegatus. Pedes breues. Cauda plane nulla. Femina mammis duabus inguinalibus. Genitalia externe vix diſtinguunt ſexum.

Habitat in Braſilia, non vero in Guinea; domeſtica colitur in Europa.

Animal irrequietum, curſitans, loquax, grunniens, ſequax, calcitrans; edit panem, frumentum, olera; vix bibit, Parit 4-12 quouis bimeſtri, pullos per-

perfectiſſimos, grauida 3 hebdom. Adoleſcit menſe ſecundo. Mox coit a partu. Mas pullis infeſtus. Frigoris impatiens. Pellit Rattos. Caro mediocris, eſculenta tamen nonnullis.

capenſis. 3. C. ecaudata, dentibus primoribus infra quatuor.

Dachs *Kolbe Vorgeb. p.* 145?
Murmelthier *Kolbe Vorgeb. p.* 159?
Cauia capenſis *Pallas miſcell. p.* 34 *tab.* 3.
Cauia capenſis *Pallas ſpicil. II p.* 16 *tab.* 2.
Cauia (capenſis) *Linn. ſyſt. nat.* 12, *III p.* 223.
The Cape Cavy *Penn. ſyn. quadr. p.* 247 *n.* 182.
Die caapſche Savia *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 48 *tab.* 3 *fig.* 1 Pallas.

Longitudo corporis 10 policum. Caput breue: roſtro ſubconico, compreſſiuſculo, breuiſſimo, obtuſo. Buccae inflatae. Labium ſuperius ſetis tribus maioribus nigris, totidemque minoribus; labium inferius vtrinque pilis albidis, parallelis, deorſum verſis ſubciliatum. Gula faſciculo ſetarum craſſarum, breuium, nigricantium. Dentes primores ſupra duo diſtantes, infra quatuor contigui, bis crenati. Molares vtrinque quatuor. Auriculae ouales, patulae, vellere ſemiabſconditae. Pedes 4-3: digitis connatis plantarumque duobus exterioribus muticis. Abdomen ventricoſiſſimum. Cauda nulla. Vellus rariuſculum, tenue lanugineum, intus caneſcens, extus griſeum, in dorſo longitudinaliter fuſceſcens. Setae longiores interſperſae, maxime in dorſo et ceruice. Cyſtis fellea nulla. Coſtae vtrinque 21.

Habitat ad caput bonae ſpei, vulgaris in locis rupeſtribus, fodiens. Inceſſus congenerum. Vox acuta. Caro ſapida.

Aguti.

Aguti. 4. C. caudata, corpore ex rufo fuſco, abdomine flaueſcente.

Acuti ſiue Agouti *Laet. Amer. p.* 551.

Aguti vel Acuti Braſilienſibus *Marcgr. Braſil. p.* 224 *cum fig.*

Aguti vel Acuti Cunic. Br. ſpec. *Ionſt. qradrup. tab.* 63 fig. Marcgr.

Agúti *Piſ. Ind. p.* 102 *cum fig.* Marcgr.

L'Agouty *Rochef. Ant. p.* 139.

Aguti vel Acuti. Eine Art Küniglein aus Braſilien *Geſn. Thierb. p.* 177 *fig.* Marcgr.

Mus Silueſtris Americanus Cuniculi magnitudine, Porcelli pilis et voce *Rai. ſyn. quadr. p.* 226.

Cuniculus americanus *Seb. theſ. I p.* 67 *tab.* 41 *fig.* 2.

Cuniculus omnium vulgatiſſimus Aguti vulgo *Barr. Fr. équ. p.* 153.

Cauia, Aguti vel Acuti *Klein. quadrup. p.* 50.

Cauia Surinamenſis *Klein. quadrup. p.* 50.

Mus pilis rigidis, cauda breui. The Mus, with rigid hairs, and a ſhort tail: the Aguti *Hill anim. p.* 521 *tab.* 25 fig. Marcgr.

L'Agouty: Cuniculus caudatus, auritus, pilis ex rufo et fuſco mixtus, rigidis veſtitus *Briſſ. regn. an. p.* 143 *n.* 2.

Le Lapin d'Amerique: Cuniculus (americanus) caudatus auritus, pilis rufis rigidis veſtitus *Briſſ. regn. an. p.* 144 *n.* 3.

Mus maior fuſco-cinereſcens cauda truncata: the ſmall Indian Coney *Brown. Iam. p.* 484.

Das braune braſilianiſche Ferkelkaninchen mit kurzem Schwanze *Hall. vierf. p.* 403.

Das ſurinamiſche Kaninchen *Hall. vierf. p.* 405.

Agouti *Dictionn. anim. I p.* 56.

Cavia Aguti *Dictionn. anim. I p.* 449.

Lapin d'Amerique *Dictionn. anim. II p.* 601.

L'Agouti *Buff. hiſt. nat. VIII p.* 375 *tab.* 50.

Cuniculus caudatus, auritus, pilis ex rufo et fuſco mixtis, rigidis veſtitus *Gronov. zooph. I p.* 4. *n.* 14.

Agouty *Bom. dictionn. I p. 68.*

Mus (Aguti) cauda abbreuiata, palmis tetradactylis, plantis tridactylis, abdomine flaueſcente *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 80 *n.* 2.

Ein braſiliſches Thier Aguti *Linné: Act. holmienſ.* 1768 *p.* 27.

Aguti *Fermin Surin. II p.* 93.

The longnoſed Cavy *Penn. ſyn. quadr. p.* 145 *n.* 179.

Aguti *Aleſſ. quadrup. III tab.* 113 fig. Buff.

Das Ferkelkaninchen *Müll. Naturſ. I p.* 337.

Aguti *Mart. Naturlex. I p.* 653.

Aguti, Acuti, Cotia *Braſilienſibus.*

Magnitudo Cuniculi. Naſus elongatior quam in C. Porcello. Labium ſuperius diuiſum. Auriculae breves, rotundatae. Oculi nigri. Corpus pilis rigidis, rufo-fuſceſcentibus, abdomine flaueſcente. Crura fere nuda, gracilia, nigra. Cauda breuis, nuda.

Habitat in Braſilia et Guiania.

Erecta ſedet cibumque palmis ori admouet; quae non edit abſcondit. Vorax. Vox Porcelli. Inceſſus ſaliens. Latet in cauis arboribus. Parit duo bis vel ter in anno. Irata iubam erigit, pedibusque calcitrat. Mordax, manſueſcit tamen. Caro eſculenta.

Acouchy. 5. C. caudata, corpore oliuaceo.

Agouchi *Des March. voy. III p.* 287.

Cuniculus minor caudatus oliuaceus, Akouchy *Barr. Fr. équ. p.* 153.

L'Akouchi *Buff. hiſt. nat. XV p.* 158.

The olive Cavy *Penn. ſyn. quadr. p.* 246 *n.* 180.

Paullo

Paullo minor antecedente, colore oliuaceo.

Habitat vulgaris in Guiania reliquaque America auſtrali. Caro melior praecedentis carne.

leporina. 6. C. caudata, corpore ſupra rufo, ſubtus albo.
The Iava hare *Catesb. Carol. app. tab.* 18.
Cauia Iauenſis *Klein. quadrup. p.* 50.
Le Lapin de Iava: Cuniculus (Iauenſis) caudatus, auritus, ruſeſcens, fuſco admixto *Briſſ. regn. an. p.* 142 *n* 1.
Der Iavaniſche Halbhaſe *Hall. vierſ. p.* 405.
Mus (leporinus) cauda abbreuiata, palmis tetradactylis, plantis tridactylis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *1 p.* 59 *n.* 2.
Cavia de Iava *Dictionn. anim. I p.* 450.
Lapin de Iava *Dictionn. anim. II p.* 601.
Ronyn van Iava: Muis met een kort Staartje, de Voorpooten vier-de Agterpooten drie-Vingerig *Houtt. nat. hiſt. II p.* 446.
Mus (leporinus) cauda abbreuiata, palmis tetradactylis, plantis tridactylis, abdomine albo *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 80 *n.* 3.
The Iavan Cavy *Penn. ſyn. quadr. p.* 246 *n.* 181.
Die Haſenmaus *Müll. Naturſ. I p.* 338.

Magnitudo Leporis timidi. Caput paruum, tenue. Oculi magni, prominentes. Auriculae nudae, rotundatae. Corpus ſupra ruſum, pectore et ventre albis. Cauda abbreuiata.

Habitat in Iaua et Sumatra. Mitis. Edit vegetabilia more congenerum.

Forte haud differre a C. Aguti *Linné act. holmienſ.*

Paca. 7. C. caudata, pedibus pentadactylis, lateribus flaueſcenti- lineatis.

Pacae, Pag aut Pague *Laet Amer. p.* 551.

Pac *Laet Amer. p.* 618.

Paca *Marcgr. Braſil. p.* 224 *cum fig.* mediocr.

Paca. Cunic. Braſ. ſp. *Ionſt. quadrup. tab.* 63 fig. Marcgr.

Paca *Piſ. Ind. p.* 101 *cum fig.* Marcgr.

Paca. Die dritte Art auſs Braſilien *Geſn. Thierb. p.* 177 *fig.* Marcgr.

Mus Braſilienſis magnus, Porcelli pilis et voce, Paca dictus *Rai. ſyn. quadr. p.* 226.

Cuniculus maior paluſtris faſciis albis notatus Pak *Barr. Fr. équ. p.* 152.

Cauia, Paca *Klein. quadrup. p.* 50.

Mus fuſcus cinereo maculatus ventre albente. The brown Mus, ſpotted with grey, and with a white belly: the Pica *Hill anim. p.* 521 *tab.* 25 fig. Marcgr.

Le Pak: Cuniculus (Paca) caudatus, auritus, pilis obſcure fuluis rigidis, lineis ex albo flaueſcentibus ad latera diſtinctis *Briſſ. regn. an. p.* 144 *n.* 4.

Die groſſe braſilianiſche Maus *Hall. vierf. p.* 404.

Cavia Paca *Dictionn. anim. I p.* 449.

Paca *Dictionn. anim. III p.* 313.

Cuniculus caudatus, auritus, pilis obſcure fuluis, rigidis, lineis ex albo flaueſcentibus ad latera diſtinctis *Gronov. zooph. I p.* 4 *n.* 15.

Le Paca *Buff. hiſt. nat. X p.* 269 *tab.* 43.

Paca *Bom. dictionn. III p.* 331.

Mus (Paca) cauda abbreuiata, pedibus pentadactylis, lateribus flaueſcenti-lineatis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 81 *n.* 6.

Der Paka *Fermin Surin. II p.* 108.

The ſpotted Cavy *Penn. ſyn. quadr. p.* 244 *n.* 178.

Paca *Aleſſ. quadrup. III tab.* 126 fig. Buff.

Die braſilianiſche Kaninchenmaus *Müll. Naturſ. I p.* 341.
Pak, Paka *Braſilienſibus.*
Pakiri, Ourana *Guianienſibus.*

Corpus longitudine pedis vnius. Maxilla ſuperior longior inferiore. Nares magnae. Myſtaces longae. Auriculae breues, ouatae, nudae. Verruca ſuperciliorum, temporum, gulae. Collum craſſum. Corpus pilis breuibus, rudibus, ſupra fuſcum, maculis alboflaueſcentibus in tres lineas longitudinales diſpoſitis. Venter albus. Cauda abbreuiata. Pedes 5 - 5. Mammae duae inguinales duaeque minores pectorales.

Habitat in Braſilia et Guiania in locis vliginoſis. Fodit ſubterranea. Non ſedet erecta, vti ſaepe congeneres. Vox Porcelli. Mordax. Capitur caniculis ob carnem delicatulam, valde pinguem.

Varietas niuea iuxta ripas fluminis S. Franciſci.

Species obſcura.

* Rat muſqué *Rochef. Ant. p.* 140 *cum fig.*
Le Pilori ou rat muſqué des Antilles *Buff. hiſt. nat. X p.* 2.
Pilori *Bom. dictionn. III p.* 488.
The muſk Cavy *Penn. ſyn. quadr. p.* 247 *n.* 183.

Cauda breuis cylindrica. Magnitudo dupla vel tripla Ratti. Corpus ſupra nigricans, ſubtus album.

Habitat in Antillis, fodiens intra terram. Moſchum ſpirat. Differre vtique videtur a Caſtore zibethico.

 35. GLIS.

35. GLIS.

Dentes Primores vtrinque II.
Laniarii nulli.
Auriculae abbreuiatae.
Pedes digitati: digitis 4-5.
Cauda breuis vel mediocris, piloſa.

Marmota. 1. G. corpore ſupra fuſco-cinereo, ſubtus cinereo-flaueſcente.

Mures alpini *Plin. hiſt. nat. X c. 65* (*c. 85 Hard.*).
Mures alpini *Agric. an. ſubt. p. 28.*
Mus alpinus *Geſn. quadr. p. 840 fig. p. 841* bon.
Mus alpinus ſiue Marmota *Aldrov. digit. p. 445 cum fig.* mediocri.
Mus alpinus *Ionſt. quadrup. p. 168.*
Mus alpinus. Marmota. Murmelthier *Ionſt. quadrup. tab. 67.* fig. mediocr.
Murmelthier, Murmentle. Miſtbellerle *Geſn. Thierb. p. 267 fig. p. 268* mediocr.
La Marmotte *Perr. anim. III p. 31 tab. 7* fig. bon.
Mus alpinus, Marmota *Charlet. exerc. p. 19.*
Mus Alpinus, Mus montanus, Marmota *Wagn. Helvet. p. 179.*
Mus Alpinus Plin. Marmota Italis *Rai. ſyn. quadr. p. 221.*
Mus alpinus *Rzacz. Polon. p. 233 auct. p. 327.*
Mus alpinus plinii *Linn. ſyſt. nat. 2 p. 47.*
Das Murmelthier *Meyer Thiere I tab. 81.*
Mus cauda elongata nuda, corpore rufo *Linn. ſyſt. nat. 6 p. 10 n. 11.*
Mus alpinus *Klein. prodr. av. p. 230.*
Glis Marmota, Italis *Klein. quadr. p. 56.*
Eigentliche Murmelthiere *I. G. Gmel. Sibir. II p. 445.*

Mus

Joh. Stumpfens Schweizer Chronik. Zürich 1548. fol. T. II. p. 28[illegible]

J. G. Altmanns beschr. der helvetischen Eisberge. Zürich 1751. 8. p. 198 [illegible]

Mus cauda elongata nuda, corpore rufo. The Mus, with a long naked tail, and tawny body: the Marmotte *Hill anim. p.* 520 *tab.* 25 fig. bona.

La Marmotte de Pologne: Glis (Marmota polonica) flauicans, capite rufeſcente *Briſſ. regn. an. p.* 165 *n.* 6.

La Marmotte des Alpes: Glis (Marmota alpina) pilis e fuſco et flauicante mixtis veſtitus *Briſſ. regn. an. p.* 165 *n.* 7.

Mus cauda elongata nuda, corpore rufo *Kram. Auſtr. p.* 317.

Das Murmelthier *Hall. vierf. p.* 421.

Mus (Marmota) cauda abbreuiata ſubnuda, auriculis rotundatis, buccis gibbis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 60 *n.* 4.

Bobaque *Dictionn. anim. I p.* 302.

Boubak *Dictionn. anim. I p.* 322.

Marmotte de Pologne *Dictionn. anim. III p.* 28.

Marmotte des Alpes *Dictionn. anim. III p.* 29.

La Marmotte *Buff. hiſt. nat. VIII p.* 219 *tab.* 28.

Marmeldier: Muis, met een korte byna kaale Staart, rondagtige Ooren en dikke Wangen *Houtt. nat. hiſt. II p.* 455.

Animals called marmots *Bell trav. I p.* 311.

Bobaque *Bom. dictionn. I p.* 307.

Boubach *Bom. dictionn. I p.* 331.

Marmotte *Bom. dictionn. III p.* 33.

Le Bobak *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 136 *tab.* 18.

Mus (Marmota) cauda abbreuiata ſubpiloſa, auriculis rotundatis, buccis gibbis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 81 *n.* 7.

Mus Marmotta *Forſter: Philoſ. transact. LVII p.* 343.

Murmelthiere *S. G. Gmelin Reiſ. I p.* 30.

The alpine Marmot *Penn. ſyn. quadr. p.* 268 *n.* 597.

Marmotta *Aleſſ. quadrup. II tab.* 80 fig. Buff.

mstein in der Bündner Wochenschr. der Sammler. IVter Jahrg. 1782. pag. 217–38.
aus Girtanner in Journal de phys. Mars 1786.
Schinz Beytr. zur nähern Kenntn. des Schweizerlandes 1787. p. 65

Marmotta di Polonia *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 157 fig. Buff.

Die Murmelthiere *Pallas Reiſ. I p.* 96.

Die ruſſiſchen Murmelthiere *Pallas Reiſ. I p.* 129.

Das Murmelthier *Müll. Naturſ. I p.* 341.

Die polniſche Maus: Mus Bobak *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 40.

Das Murmelthier *Mart. Buff. vierſ. IV p.* 297 *tab.* 80.

Marmota, Marmontana, Varoza *Italis.*

Marmota *Hiſpanis.*

Marmotte *Gallis.*

Murmelthier *Germanis.*

Marmeldier *Belgis.*

Marmot *Anglis.*

Bobak, Swiſzcz *Polonis.*

Сурокъ (Surok), Бабакъ (Babak) *Ruſſis.*

Urika *Tunguſis.*

Longitudo corporis 16-18 poll. caudae 6 poll. Dentes primores inferiores apice diuergentes. Myſtaces vtrinque ſerie ſextuplici. Auriculae paruae, rotundatae, veſtitae, pilis occultatae. Bucca vtrinque admodum gibba. Verruca ſupra oculis ſetis ſex, ſub oculis ſetis ſeptem. Corpus craſſum. Pedes 4-5. Cauda valde piloſa. Caput et dorſum ex fuſco cinereum; corpus ſubtus et pedes cinereo-flaueſcentia. Sutura a gula ad anum. Cauda nigra. Variat autem colore, et in Ruſſia atque Polonia magis ruſeſcit, pedibus 4½-5.

Habitat in alpibus Helueticis, Tridentinis, in Polonia, Ukrania, et Tataria ſinenſi.

Victitat inſectis, radicibus, vegetabilibus. Vigilias agit vna, dum reliquae edunt; hisque ſono acuto periculum inſtans annunciat. Valde pingueſcit. Pro-

Profunde et celerrime fodit; cuniculis camera triplici forma Y cum duplici introitu. Quieſcit ſuper muſcis. Hibernant 5-12 ſimul portis denſiſſime clauſis ab Octobri menſe vsque in Aprilem, alto ſomno, vt vix excitentur vel in fruſta diſſectae. Palmis cibum ori admouet. Saepe erecta incedit. Vox acutiſſima; laeta murmurat. Manſueſcit, ludibunda, at mordax. Rebus cibariis, domeſticis, veſtimentis nocet. Delectatur valde lacte. Parit tres vel quatuor ſemel in anno. Aetas nouem aut decem annorum. Caro nonnullis eſculenta. Canem odit. In Tataria Rhei propagatrix.

Non vere differre videtur Bobak. *de quo v. Anderſon in mineralogiſchen Briefen an J. Fr. Henkel T. II. p. 61 ...*

Monax. 2. G. corpore fuſco, lateribus ventreque pallidioribus.

The Bahama Coney *Catesb. Carol. II p.* 79 *tab.* 79.

The Monax *Catesb. Carol. app. p. XXVIII.*

The Monax or Marmotte of America *Edw. birds II tab.* 104.

Cauia Bahamenſis *Klein. quadr. p.* 50.

Glis Marmota, Americanus *Klein. quadr. p.* 56.

La Marmote de Bahama: Glis (Marmota Bahamenſis) fuſcus *Briſſ. regn. an. p.* 163 *n.* 4.

La Marmote d' Amerique: Glis (Marmota Americana) fuſcus, roſtro e cinereo caeruleſcente *Briſſ. regn. an. p.* 164 *n.* 5.

Das langſchwänzige amerikaniſche Ferkelkaninchen *Hall. vierf. p.* 405.

Das amerik. Murmelthier *Hall. vierf. p.* 426.

Mus (Monax) cauda mediocri piloſa, corpore griſeo, auriculis ſubrotundis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 60 *n.* 5.

Cayia de Baham *Dictionn. anim. I p.* 450.

Lapin de Bahama *Dictionn. anim. II p.* 603.

Marmotte de Bahama *Dictionn. anim. III p.* 28.

Marmotte de l'Amerique *Dictionn. anim. III p.* 28.

Muis met de Staart middelmaatig van langte, Hairig, het Lighaam vaal, de Ooren rondagtig, de Voorpooten vier-, de Agterpooten vyf-Vingerig *Houtt. nat. hiſt. II p.* 463.

Le Monax ou Marmotte de Canada *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 136.

Mus (Monax) cauda mediocri piloſa, corpore cinereo, auriculis ſubrotundis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 81 *n.* 8.

The Maryland Marmot *Penn. ſyn. quadr. p.* 270 *n.* 198.

Das amerikaniſche Murmelthier *Müll. Naturſ. I p.* 343.

Magnitudo Cuniculi, vel paullo maior. Roſtrum acutius quam in G. Marmota. Naſus cum buccis e caeruleo cinereus. Oculi prominentes, nigri. Auriculae breues, rotundatae. Dorſum profunde fuſcum; latera atque venter pallidiora. Cauda longitudine dimidia corporis, pilis longis nigricantibus, ſubtus nuda. Palmae tetradactylae cum rudimento digiti quinti mutici. Plantae pentadactylae, digito poſtico breuiore. Pedes nigri.

Habitat in Virginia, Marilandia. Penſiluania, inque inſulis bahamenſibus.

Victitat fructibus aliisque vegetabilibus. Hibernat ſub cauarum arborum radicibus. Caro ſapida, fere Porcelli.

cana-

canadenſis. 3. G. corpore griſeo, ventre cruribusque aurantiis.

The Quebec Marmot *Penn. ſyn. quadr. p.* 270 *n.* 199 *tab.* 24 *fig.* 2.

Quebec Marmot *Forſter: Philoſ. transact.* LXII *p.* 378.

Cuniculo maior (minor Forſtero, ſed forſan iuniorem habuit). Roſtrum obtuſum. Auriculae breves, rotundatae. Facies nigricans: naſo nigro, genis griſeis. Pili in dorſo baſi griſei, medio nigri, apice albicantes. Venter et crura aurantia. Palmae ſubpentadactylae, plantae pentadactylae. Digiti nigri, nudi. Cauda breuis, nigricans (apice Forſtero).

Habitat in Canada et ad fretum Hudſonis. Manſueſcit.

Cricetus. 4. G. corpore ſubtus nigro, lateribus rufeſcentibus maculis vtrinque tribus albis.

Hameſter, quem quidam Cricetum nominant *Agric. an. ſubt. p.* 40.

Vormela *Agric. an. ſubt. p.* 42?

Cricetus *Geſn. quadrup. p.* 836 *cum fig.* mala.

Porcellus frumentarius *Schwenckf. theriotr. p.* 118.

Hameſter. Kornfärklein *Geſn. Thierb. p.* 267 *cum fig.* mala.

Cricetus der Hamſter *Clauder: Ephem. nat. curioſ. dec. II ann.* 5 *p.* 376 *cum fig.* mediocr.

Cricetus Geſn. *Rai. ſyn. quadr. p.* 221.

Cricetus *Rzacz. Polon. p.* 232 *auct. p.* 326.

Mus Cricetus geſneri *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 47.

Der Hamſter *Meyer Thiere II tab.* 81, 82.

Mus cauda elongata, corpore cinereo rutilo nigroque longitudinaliter vario *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 10 *n.* 10.

Glis

Glis Cricetus *Klein. quadrup. p.* 56.

Mus dorſo rutilo, ventre nigricante. The Mus, with a reddiſh brown back, and black belly: the Cricetus *Hill anim. p.* 519.

La Marmotte de Strasbourg: Glis (Marmota Argentoratenſis) ex cinereo rufus in dorſo, in ventre niger, maculis tribus ad latera albis *Briſſ. regn. an. p.* 166 *n.* 8.

Mus cauda elongata, corpore cinereo rutilo nigroque longitudinaliter vario *Kram. Auſtr. p.* 317.

Der Hamſter *Hall. vierf. p.* 424 *tab.* 23.

Mus (Cricetus) cauda ſubabbreuiata, auriculis rotundatis, corpore ſubtus nigro, lateribus rufeſcentibus *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 60 *n.* 6.

Hameſter *Dictionn. anim. II p.* 385.

Marmotte de Strasbourg *Dictionn. anim. III p.* 30.

Hamſter: Muis met een kortagtige Staart, de Ooren gerond, het Lighaam van onderen zwart, aan de Zyden rosagtig *Houtt. nat. hiſt. II p.* 464.

Hamſter *Bom. dictionn. II p.* 416.

Le Hamſter *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 117 *tab.* 14.

Mus (Cricetus) cauda mediocri, auriculis rotundatis, corpore ſubtus nigro, lateribus rufeſcentibus maculis tribus albis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 82 *n.* 9. *et addend. Tom. II.*

Der Hamſter *S. G. Gmelin Reiſ. I p.* 33 *tab.* 6 fig mediocr.

Hamſter *Pallas Reiſ. I p.* 128.

The German Marmot *Penn. ſyn. quadr. p.* 271 *n.* 200.

Criceto *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 156 fig. Buff.

Der Hamſter *Müll. Naturſ. I p.* 344.

Der Hamſter *Sulzer monogr. cum fig.* bon.

Hamſter *Germanis.*

Krietſch *Auſtriacis.*

Skrzéczek, Chomik, Myſz wielka ziemna *Polonis.*

Хомякъ (Chomäk) *Ruſſis.*

Pakany, Ürge Hungaris.

Karbuſch

Karbuſch *circa Simbirsk.*

Longitudo corporis 9-10 pollicum, caudae 2 poll. Bucca vtrinque ſaccata. Myſtaces nigrae. Auriculae magnae, rotundatae. Oculi nigri. Color capitis et dorſi ex rufo fuſcus. Genae albae. Infra vtramque aurem macula alba, aliaque in quovis humero, et tertia prope crura poſteriora. Ad latera dorſi vtrinque macula depilis ſetoſa. Pectus cum cruribus anterioribus ſupra, et ventre nigrum. Cauda breuis, ſubnuda. Pedes breves. Palmae digitis quatuor cum vngue pollicari, plantae digitis quinque. Cyſtis fellea nulla.

Varietas nigra, pedibus, ore et auricularum margine albis, ſig. in titulo monographiae Sulzerianae. Eſt quoque vulgaris in deſertis auſtralioribus regni Ruſſici.

Habitat in Germania, Polonia, Vkrania, in locis arenoſis.

Cauernas fodit, ſenior profundiores, ſub terra, plurimis concamerationibus, duplici foramine, altero obliquo aditu, altero perpendiculari. Colligit frumentum, piſa, fabas, fructus, in diſtinctis cameris ſeruanda diſtincta atque ſingula; adportat ea nocturno tempore in bucca. Raro potat. Parit bis vel ter in anno ſuper ſtramine ſex ad duodecim pullos coecos, itidem in propria camera nutriendos, vti etiam ſterquilinium in diſtincta. Iracundus et mordax. Latrat. Hibernat ſubterraneus ſomno profundo.

Capitur ob carnes, pelles, frumentum collectum; occiditur puluere Veratri farina et melle in panes cocti.

tſcherkeſ-

tſcherkeſ-ſicus. 5. G. corpore caſtaneo.

Thierchen die die Einwohner zu den Feldmäuſen rechnen *Schober: Müll. Samml. VII p.* 124.

The Circaſſian Marmot *Penn. ſyn. quadr. p.* 278 *n.* 205.

Magnitudo Criceti. Auriculae murinae. Oculi rubri ſplendentes. Dentes acuti. Corpus longum, craſſitiei aequalis, pilis caſtaneis, longis, praecipue in dorſo, veſtitum. Vngues acuti. Cauda ſat longa, piloſa. Pedes antici breuiores poſticis.

Habitat ad fluuium Terek. Fodit ſubterraneus. Celerrime aſcendit montem, tarde deſcendit.

Citellus. 6. G. auriculis nullis.

Mus Noricus quem Citellum appellant *Agric. an. ſubt. p.* 33.

Mus noricus vel Citellus *Geſn. quadrup. p.* 835.

Citellus *Schwenckf. theriotr. p.* 86.

Citellus *Aldrov. digit. p.* 436.

Bilchmauſz *Geſn. Thierb. p.* 266 *cum fig.* mala.

Mus Noricus vel Citillus Geſn. *Rai. ſyn. quadr. p.* 220.

Mus noricus *Rzacz. Polon. p.* 235 *auct. p.* 327.

Mus noricus vel Citrellus *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 47.

Mus cauda breui, capite inauri *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 10 *n.* 3.

Mus Noricus vel Citillus Geſneri *Klein. quadrup. p.* 56.

Ievraſchka *I. G. Gmelin Sibir. II p.* 443.

Mus corpore longiore, cauda breui. The Mus, with a long body, and ſhort tail: the Citille *Hill anim. p.* 519 *tab.* 25 fig. mala.

Le Lapin d'Allemagne: Cuniculus (germanicus) caudatus, auriculis nullis, cinereus *Briſſ. regn. an. p.* 147 *n.* 6.

Kleine Murmelthiere. Steller Kamtsch. p. 1

Die

Die langgeſtrekte, ſchmächtige Zieſelratte *Hall. vierf. p.* 424.
Lapin d'Allemagne *Dictionn. anim. II p.* 602.
L'animal de Sibérie, que les Ruſſes appellent Ievraſchka *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 137.
Mus (Citellus) cauda abbreuiata, oorpore cinereo, auriculis nullis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 80 *n.* 4.
Le Ziſel *Buff. hiſt. nat. XV p.* 139.
Le Souslik *Buff. hiſt. nat. XV p.* 144, 195, 205. Supplem. T. III. tab. 31
Mus Suslica *Güldenſtädt: Nov. comm. petrop. XIV p.* 389 *tab.* 7.?
Mus Citillus *Pallas: Nov. comm. petrop. XIV p.* 549 *tab.* 21 *fig.* 1, 2.
Orientaliſcher Hamſter *S. G. Gmelin Reiſ. I p.* 30 *tab.* 5?
The Caſan Marmot *Penn. ſyn. quadr. p.* 273 *n.* 201 *tab.* 25 *fig.* 1.
The earleſs Marmot *Penn. ſyn. quadr. p.* 276 *n.* 203.
Mus (Citellus?) cauda mediocri piloſa, pedibus pentadactylis, auriculis obſoletis *Linn. mant. II p.* 523?
Zieſelmauſs *Pallas Reiſ. I p.* 51, 129.
Polniſche Maus *Müll. Naturſ. I p.* 339.
Die Zieſelratze *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 39.
Siſel *Bohemis.* Gözü Hungaris
Suſel *Polonis.*
Cycликъ (Suslik) *Ruſſis.*
Cmeпныя кошки (Stepnija koſchki) *in prouincia Iſetenſi.*
Iemuranka, Avraſchka, Ievraſchka *in Sibiria.*
Szymron *Tataris.*
Simral, Imral *Morduanis.*
Zurrma *Calmyccis.*
Sumura *Burätis.*

Corpus magnitudine Sciuri, longitudine decem pollicum, caudae circiter trium pollicum. Femina paullo

paullo minor. Caput minus depreſſum quam in Marmota; roſtrum magis conicum, parotides minus gibbae et collum tenuius. Naſus nigricans, conuexus, pubeſcens; nudus tantum circa nares lunulatas, ſepto canaliculato diremtas. Labium ſuperius vsque ad naſum bipartitum. Buccae ſubſinuatae, auellanae maxime in ſemina capaces. Dentes primores ſuperiores conuexi, parum luteſcentes (vix in feminis), truncati; inferiores albi, apice attenuato-rotundati. Molares ſupra vtrinque quinque, infra quatuor (Güldenſt. et S. G. Gmelin). Myſtaces nigrae, capite breuiores, minus ordinatae, quinque fere ordinibus, per latera roſtri conuexa ſparſae. Supra oculum anterius ſetae nigrae quatuor, ſerie transuerſa; ſetae paroticae itidem transuerſo ordine quatuor, vt in Marmota. Sub gula verrucula ſetis tribus tenellis albis. Seta longa ſolitaria in medio antibrachii exterius. Oculi magni, prominuli: irides brunneo-fuſcae; pupilla maiuſcula, etiam ad lucem longitudinaliter oualis. Periophthalmii loco caruncula canthi vnguiformis, fuſca. Auriculae nullae: meatus auditorii nudi, anfractuoſi, poſterius margine craſſo, piloſo cincti, quale refectae auriculae cicatrice obductum veſtigium in canibus fricatoribus eſſe ſolet. Corpus reptabundum, depreſſum, minus ventricoſum quam Marmotae, flexile et per anguſta ſpatia facile penetrans. Pellis tenuis, laxa, praeſertim ad armos atque femora. Artus tenuiores quam in Marmota. Palmae tetradactylae cum vnguiculo pollicari conico, inſigniter prominulo, magis quam in Marmota ruthena. Plantae pentadactylae, digitis tribus mediis ſubaequalibus. Vngues nigri, compreſſi, acuti, in palmis longiores. Cauda artubus poſticis breuior, linearis ſubannulata (vti Muribus), ſed piloſiſſima villisque longis in latum ſparſis ſciureae aemula,

maxime

maxime cum expandat illam iracundum animal. Vellus breue, laxum, ſatis molle: vertex pilis fuſcis, extus albicantibus caneſcit; ſed naſus, latera roſtri, tractus ſupraciliares et oculorum cum genis, auriumque ambitus ex luteo ferruginei; intenſivsque naſus, ſupercilia et macula ſub oculo vtroque. Corpus ſupra totum pilis extremo albidis, annulo fuſco notatis, imo griſeis mixtipile caneſcens aliqua flauedine. Corpus ſubtus e flaueſcente album, vellere rudiori veſtitum, ſed collum ante armos, et pedes quatuor lutea. Caudae villi corpori concolores, vnde ex luteo extus albicat, fuſco immixto. Feminae dorſum paullo magis luteſcens, cauda villoſior. Papillae a ſinu axillari ad inguina vtrinque octo aequidiſtantes, praeter inguinales viciniores. Glandulae diſtinctae lactiferae ad ſingulam papillam. Scrotum maſculis nudiuſculum, fuſcum. Anus vt in Marmota compreſſo ventre papillis tribus conicis extrorſum riget, quae in ſtatu contractionis totidem ſinus ſebaceos intra ipſum marginem orificii conſtituunt. Cyſtis fellea maiuſcula. Penis oſſiculo incuruo fultus. Teſtes maximi. Clitoris feminis papillaris, terminata oſſiculo vnguiformi denticulato minutiſſimo.

Habitat in campeſtribus elatis, apricis, aridiuſculis, Ruſſiae et Sibiriae auſtralioris copioſus; copioſiſſimus in deſertis trans Wolgam. Eſt quoque in Bohemia, Auſtria, Hungaria, Polonia.

Victitat tenerioribus plantulis et ſucculentioribus vegetabilibus inſipidis. Caro Calmyccis in deliciis eſt. Autumno pingueſcit. Putorii et Ermineae praeda. Antra fodit vnico introitu cum camera oblonga, ſubpedalis diametri, culmis graminis ſiccis comminutis molliter ſtrata. Erectus circum-

ſpicit, viſo hoſte ſono fiſtulante intra cuniculum ruit. Facillime manſueſcit. Currit ſaltabundus. Caput lauat palmis linguá humefactis. Iracundus grunnit. Parit 25 - 30 a coitu die initio Maii menſis nudos pullos coecosque informes tres, quatuor, ſex, celerrime adoleſcentes. Bibit lambendo et parciſſime vt Felis aquam, vrinamque propriam. Lacticinia perdite amat. Hibernat clauſo antro, ab initio Septembris menſis pinguiſſimus pigerrimusque in initium Aprilis, vbi maciIentiſſimus.

Varietas duplex: *altera* a gradu 56 vel 57 latitudinis borealis in deſertis ad Wolgam vsque ad Tanain ad gradum 53, minor, longitudine corporis 9 poll. caudae lin. 14; vellere magis griſeo, pulcherrime maculoſo ſiue guttato; ambitu oculorum albeſcente, naſo pallide luteo, litura infra oculum lunata intenſe ferruginea; cauda breuiore tereti piloſiſſima, pilis breuibus ſtrictis: *altera* ſupra deſcripta, trans Wolgam ad auſtrum degens, maior vellere ſtictico e cano fuſcoque mixto ſubflaueſcens, cauda paullo longiore villisque longioribus criſtata.

The Caſan Marmot Pennanti non videtur differre.

Zemni. 7. G. corpore profunde griſeo.

Diertje Zits-Ian *Bruin. Reiz. p.* 430 *fig. p.* 431.

Caniculus ſubterraneus *Rzacz. auct. p.* 325.

Le Zemni *Buff. hiſt. nat. XV p.* 142.

The Podolian Marmot *Penn. ſyn. quadr. p.* 277 *n.* 204.

Pieſck ziemny *Polonis.*

Sczeniuk zemny *Ruſſis.*

Magnitudo Sciuri. Caput magnum, roſtro breuiore. Dentes primores inferiores dimidio breuiores ſuperioribus. Oculi minuti, pilis occultati. Auriculae breues, rotundatae. Corpus gracile. Pili corporis molles, coloris murini. Pedes breues. Palmae digitis quatuor cum vngue pollicari, plantae digitis quinque. Cauda breuis.

Habitat in Podolia, Vkrania, Volhinia, Perſia. Granaria colligit pro hieme; victitat frumento, fructibus, oleribus. Hieme ſubterraneus latet. Mordax.

Lemmus. 8. G. corpore fuluo nigroque vario.

Leem vel Lemmer *Geſn. quadrup. p.* 828.

Lemmar vel Lemmus *Ol. Magn. ſept. p.* 617.

Murium multitudo de nubibus demiſſa *Ol. Magn. ſept. p.* 726.

Beſtiola Leem dicta *Aldrov. digit. p.* 436.

Beſtiola Olao Leem dicta *Ionſt. quadrup. p.* 168.

Mus Noruagicus *Muſ. Worm. p.* 321 *fig. p.* 325 bona.

Wormii monogr.

Norwegiſche Maus *Geſn. Thierb. p.* 275.

Beſtiae minutae Lemmus dictae *Scheff. Lapp. p.* 344.

Ein ſonderlich rauch Thierlein *Olear. Gott. Kunſtk. p.* 20 *tab.* 12 *fig.* 6 bona.

Mus Norwegicus *Charlet. exerc. p.* 25.

Mus Norwagicus vulgo Leming *Rai. ſyn. quadr. p.* 227.

Mus noruagicus Leming vel Lemend dictus *Iacob. muſ. reg. p.* 6.

Thiere von denen in Norwegen geſagt wird, daſs ſie aus den Wolken kommen *Linné: Act. holmienſ.* 1740 *p.*75 *tab.* 6 *fig.* 4, 5 Worm.

Mus noruegicus vulgo Lemming *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 47.

Mus cauda breui, corpore fuluo nigroque variegato *Linn. fn. ſuec.* I *p.* 10 *n.* 26.
Mus cauda abrupta, corpore fuluo nigroque vario *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 10 *n.* 2.
Mus Lemingus, Noruagicus *Klein. quadrup. p.* 58.
Mus cauda breui, corpore fuluo nigroque variegato. The ſhort-tailed Mus, with a body variegated with black and tawny: the Leming *Hill anim. p.* 515.
Le Lapin de Norwege: Cuniculus (Noruegicus) caudatus, auritus, ex flauo, rufo et nigro variegatus *Briſſ. regn. an. p.* 145 *n.* 5.
Die Norwegiſche Maus Leming *Hall. vierf. p.* 436.
Norwegiſche Bergmaus. Leming *Hall. vierf. p.* 603.
Mus (Lemmus) cauda abbreuiata, pedibus pentadactylis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 59 *n.* 3.
Lemmar ou Leming *Dictionn. anim. II p.* 609.
Lapin de Norwege *Diction. anim. II p.* 601.
Lemming: Muis met een kort Staartje, de Pooten vyf-Vingerig *Houtt. nat. hiſt. II p.* 446 *tab.* 20 *fig.* 1. Wormii.
Mus (Lemmus) cauda abbreuiata, pedibus pentadactylis, corpore fuluo nigroque variegato *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 11 *n.* 29.
Leming ou Lemmar *Bom. dictionn. II p.* 657.
Le Leming *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 314.
Mus (Lemmus) cauda abbreuiata, pedibus pentadactylis, corpore fuluo nigro-vario *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 80 *n.* 5.
The Lapland Marmot *Penn ſyn. quadr. p.* 274 *n.* 202 *tab.* 25 *fig.* 2.
Der Lemming *Müll. Naturſ. I p.* 339 *tab.* 20 *fig.* 1 Worm.
Mus (Lemnus) cauda abbreuiata, pedibus pentadactylis, corpore fuluo nigro-vario *Müll. Dan. prodr. p.* 4 *n.* 26.
Lemœn, Leming *Noruegis*.

Godde

Godde Sapan *Lapponibus danicis.*
Fiällmus, Sabelmus *Suecis.*
Lummick *Lapponibus ſuecicis.*

Longitudo corporis quinque pollicum, caudae pollicis dimidii. Caput antice acuminatum. Dentes primores vtrinque duo valde longi. Myſtaces longae, pilis ſex longioribus et fortioribus reliquis vtrinque. Oculi minuti, nigri. Os paruum. Labium ſuperius diuiſum. Auriculae paruae, obtuſae, retrorſum verſae. Crura antica breuiſſima. Palmae digitis quatuor gracilibus piloſis cum vngue pollicari; plantae digitis quinque. Cutis tenuiſſima. Pili molles. Caput et corpus nigro fuluoque irregulariter maculatum. Venter ſubflaueſcens albus. Mammae octo.

Habitat in Lapponiae et Noruegiae alpibus, ſub tuberibus terrae.

Gregatim fugiunt innumeri periodis incertis ex alpibus, recta via per ipſa flumina lacusque iter inſtituentes omnesque obuias herbas deuoraturi. Edunt Lichenem rangiferinum, amenta Betulae nanae; non carnes. Dicunt mori pecora, quae gramen edunt tactum a Lemmo. Mordax animal, latrans, curſu celer; Voratur a Canibus Lagopodibus, Lynce, Erminea, nunquam in patriam rediturum, olim ex nubibus depluere creditum. Parit quinque vel ſex.

migratorius. 9. G. corpore ſupra cinereo, ſubtus candido.
Mus migratorius *Pallas Reiſ. II p.* 703.
Die Zugmaus *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 43.

Magnitudo ſupra Murem terreſtrem, habitus diuerſiſſimus. Roſtrum craſſum, carnoſum, obtuſum;

 facci

ſacci buccarum vsque ad humeros protenſi vt in Criceto. Dentes primores minuſculi, luteſcentes. Myſtaces exiles. Auriculae reclinatae, nudiuſculae, ouatae, apice rotundato poſteriusque ſinu obſoletiſſimo exciſo. Corpus breue, craſſum. Palmae tetradactylae cum veſtigio pollicis obſoletiſſimo, inermi. Cauda breuiſſima, cylindrica, ſubpiloſa. Color ſupra griſeo-cinereus, vniformis, ſubtus candidus; roſtri quoque extremum circa nares, pedesque extremi albi. Longitudo animalculi fere quatuor pollicum, caudae vix octo linearum.

Habitat in graminoſis ad Iaicum, diciturque certis annis copioſiſſime e deſertis aduentare, inſequente inſigni Vulpium copia, quorum iis annis felicior venatio.

barabenſis. 10. G. corpore griſeo-luteſcente ſubtus albido, ſtria dorſali nigra.

Mus barabenſis *Pallas Reiſ. II p.* 704.
Die Obymaus *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 44.

G. arenario toto habitu maxime ſimilis, vixque maior. Roſtrum ſubacutum. Dentes primores fulveſcentes, Sacci buccarum ampliſſimi. Auriculae maiuſculae, fuſcae, limbo albido. Palmae tetradactylae, pollicis rudimento vix vllo. Cauda paullo longior quam in G. arenario, tenuis, ſubattenuata, ſupra fuſca, ſubtus albida. Color corporis ſupra lateribus griſeo-luteſcens, pilis murinis mixtus; taeniola nigra ſpinali a vertice fere vsque ad caudam. Subtus ſordide albet. Annuli lati fuſci circa tarſos pedum. Longitudo corporis 3 poll. 10 lin. cauda pollicis vnius.

Habitat in arenoſis ad Ob fluuium. Interdiu vagatur.

arena-

arenarius. 11. G. corpore ſupra cano, ſubtus podibusque caudaque albis.

Mus arenarius *Pallas Reiſ. II p.* 704 *tab. B fig. ſuperior.*

Die Sandmaus *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 44.

G. oeconomico paullo maior, agilior, elegantior; roſtro argutiore, cauda longiore magisque attenuata. Auriculae maiores, ouales, pubeſcentes. Dentes primores luteſcentes. Naſus acutus. Buccae ſaccis ampliſſimis, per colli latera dilatatis, Palmae ſubpentadactylae, rudimento pollicis minutiſſime vnguiculato. Cauda tenuis, recta, nudiuſcula, attenuata. Color ſupra et in lateribus vniformis canus, pilis fuſcis immixtis; ſubtus candidiſſimus. Cauda tota et pedes alba. Longitudo animalculi 3 poll. 8 lin. caudae 10 lin.

Habitat ad Irtim in auſtralibus; in collibus arena fluctuante congeſtis, vbi profundo cuniculo biforique nidulatur. Victum quaerit ex Aſtragalis variis, praeſertim Aſtragali phyſodis ſeminibus, quae leguminibus arroſis dexterrime haurit, ſacculisque buccarum in nidum congerit. Parit G. oeconomico maturius, paucioresque pullos. Nocte tantum vagatur. Vox irato Criceti.

Lagurus. 12. G. auriculis vellere breuioribus, corpore ſupra cinereo ſubtus albo, ſtria dorſali nigra.

Mus Lagurus *Pallas Reiſ. II p.* 704.

Der Rauhſchwanz *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 45.

Magnitudo fere Muris terreſtris, quo breuior omnibus partibus. Roſtrum obtuſiſſimum, hirſutie tumidulis labiis. Myſtaces exiles. Auriculae multo minores quam in Mure terreſtri, vellere plane non exſer-

exſertae, rotundatae nudiuſculae. Corpus ventricoſum. Artus exiles, tenues. Palmae ſubpentadactylae, verruca cornea loco pollicis. Cauda breuiſſima omnium congenerum, vix vellere exſerta, hirſuta, truncata. Color ſupra dilutus murino-cinereus, ſtriga nigra inter oculos incipiens, per dorſum ad caudam vsque ducta. Subtus corpus, itemque artus ſordide et e cineraſcente albent. Longitudo animalculi 3 poll. 8 lin. caudae 2½ lin.

Habitat rarius ad Iaicum auſtraliorem, copioſiſſimus in campis arenoſis herbidis ad Irtim, inque deſerto tatarico, cuniculis ſimplicibus aut biforibus latitans. Imbelle animalculum, attamen mordaciſſimum. Pluries anno parit, primo iam vere pullificans. Herbas varias depaſcitur, ſeminaque.

oeconomicus. 13. G. corpore cinereo lateribus variegatis, ſtria dorſali nigra.

Mus ſungorus *Pallas Reiſ. II p.* 703 *tab. B fig.* 2.
Die Hamſtermaus *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 43.
Kutuguna *Tunguſis*
Kutgun *Burätis.*

Forma tota Criceto ſimillimus, ſed magnitudine infra Murem terreſtrem. Caput breuiculum, buccatum. Myſtaces copioſiſſimae. Dentes primores luteſcentes. Buccae ſacco vtrinque maximo, ad humeros vsque dilatato. Auriculae ouales, nudiuſculae. Palmae tetradactylae, rudimento pollicis mutico. Corpus et artus breuicula. Cauda breuiſſima, tetetiuſcula. Color in dorſo et vertice cinereus, ſtriga nigra a nucha ad caudam fere ducta, ſpinali. Latera verſicoloria, areis ſubintrantibus albis, lituriſque fuſcis interiectos angulos ad dorſum occupantibus, quarum prior ab auribus ad ſcapulas flexuoſa,

ſa, altera triangularis ante femora, vltima per clunes deſcendens, inter quam et angulum cinereum verſus caudam excurrentem itidem areolae intercedunt albae. Subtus omnia, pedes quoque et apex caudae albent. Longitudo animaculi trium pollicum, caudae $4\frac{1}{2}$ lin.

Habitat in campis elatis, aridis, auſtralioribus ad Irtim. Cuniculi multiloculares, canali longo, prope ſuperficiem terrae decurrente: Maſculis ſimplicior. Parit Iunio ſenos vel ſeptenos pullos cito adoleſcentes. Vagatur interdiu.

36. SPALAX.

Dentes Primores vtrinque II, cuneiformes, plani.
Laniarii nulli.
Oculi minuti.
Auriculae nullae.
Pedes pentadactyli.
Cauda nulla ſ. breuiſſima.

maior. 1. S. roſtro elongato attenuato.

Spalax microphthalmus *Güldenſtädt: Nou. comment. petrop. XIV p.* 411 *tab.* 9.

Mus oculis minutiſſimis, auriculis caudaque nullis, corpore rufo cinereo *Lepechin: Nou. comment. petrop. XIV p.* 504 *tab.* 15 *fig.* 1.

Eine beſondere Mausart *S. G. Gmelin Reiſ. I p.* 131 *tab.* 22 fig. mala.

Слепецъ (Slepetz), Слепышокъ (Slepyſchok.) *Ruſſis.*

 Longi-

Longitudo corporis 8 - 8½ pollicum. Caput productum, quaſi pyramidale, antice attenuatum in roſtrum cartilagineum. A naribus vsque ad meatum auditorium lateribus vtrinque linea prominens, durior, pilis rigidis ſetaceis obſita, quae muſculus roſtrum expandens. Myſtaces ſparſae ſupra et infra hanc lineam plurimae, inferius longiores. Apex naſi ſat latus, durior, nudus. Nares rotundae, anguſtae. Rictus oris paruus, quaſi perpendicularis. Labium ſuperius oblique verſus inferiora atque poſteriora deſcendens. Labium inferius multo breuius, dentes non tegens. Lingua carnoſa, craſſa, plana, obtuſa, laeuis. Dentes primores vtrinque duo, cuneiformes, inferioribus longioribus. Laniarii nulli. Molares remoti, vtrinque tres, truncati, ſubcylindrici, minimi, vix e gingiuis prominentes. Oculi minutiſſimi vix granum papaueris aequantes, nigri, non niſi cute detracta detegendi. Auriculae nullae, meatu auditorio pilis tecto, anguſto. Frons decliuis. Collum breve, vix diſtinctum. Truncus ſat craſſus, elongatus, cylindricus. Dorſum ſubgibbum. Cauda nulla, eiusque loco tuberculum paruum. Pedes breves pentadactyli: palmae digitis fiſſis, plantae ſemipalmatis. Vngues rectiuſculi, obtuſi, in plantis longiores. Pili totius corporis molles, baſi ex nigro cinerei, apice ruſeſcentes. Naſus cute nigra tectus, apice albicante. Taenia ſupra naſum per frontem ad 6 lin. excurrens. Macula magna alba in iugulo atque ante pedes poſteriores in abdomine cruciformis alba, trabe transuerſa vsque ad lumbos excurrente. Vibriſſae albae. Mammae duae inguinales, in mare non apparentes ſecundum Güldenſtädtium.

Talpam

Talpam ſibiricam verſicolorem Sebae (Talpam aſiaticam, *vid. pag.* 120) eſſe putat dodiſſ. Güldenſtädtius: vix tamen videtur.

Habitat ad Wolgam a Sysran vsque ad Zaryzyn: in campis apricis vaſtiſſimis deſertis Tanaicenſibus ac in vicis hortisque vicinis frequentiſſimus. Proxime ſub terrae ſuperficie fodit canales roſtri ope Talpae inſtar, in medio nidum relinquens, in quo lectum ex graminibus conficit. Hieme profundius latet intra terram. Inceſſus tradiſſimus. Victitat gramine, radicibus, praeſertim aromaticis vmbelliferarum. Vox pipiens. Coit aeſtate. Parit pullos duo ad quatuor. Pulicibus obnoxius, non pediculis.

minor. 2. S. roſtro abbreuiato.

Mus talpinus *Pallas*: *Nou. comment. petrop. XIV p.* 568 *tab.* 21 *fig.* 3.

Slepuſchtſchonka (id eſt: coecus), Semljaroika (id eſt: foſſor terrae) *Ruſſis.*

Magnitudine Muris amphibii: longitudine corporis $3\frac{3}{4}$ poll. caudae 4 linearum; ponderis drachmarum decem. Similis nonnihil Muris amphibii. Caput grande, ſubrotundum. Roſtrum breuiſſimum, craſſum, retuſum, lateribus hirſutiſſimum. Naſus planus, non productus, truncatus, didymus, fuſcus, nudus. Nares conniuentes, diſtantes. Labium ſuperius vsque ad nares late bipartitum, hians, dentesque ſuperiores vsque ad baſin detegens, ab vtroque latere tumidulum, pubeſcens, intraque os conniuens et coiens, palato pone dentes primores deficiente. Labium inferius craſſum, dentes vaginans. Dentes primores ſuperiores denudati, quaſi extra os porrecti, magni, interius

terius plani, lataque acie terminali rotundata. Myſtaces nigrae, breues, deorſum vergentes, per hirſuta latera roſtri ſparſae quinque fere ordinum. Punctum ſupraoculare tripile, paroticum et gulare vnipilia; pili ſparſi per inferioris labii ambitum. Oculi vertici et naſo propiores, minutiſſimi, vellere ferme latentes, nigri. Aurium apertura mediocris, vellere obumbrata, poſterius margine prominulo cincta. Corpus breue, ventricoſum. Artus breues, robuſtiſſimi. Pedes nudiuſculi, albidi, omnes pentadactyli, digitis ſubſquamatis. Palmae maiores, latae, foſſoriae, digitis interioribus ſenſim longioribus praeter pollicem breuiorem. Palmae plantaeque exterius ad digitum vsque pilis rigidis, deflexis, crebris, ciliatae. Cauda breuiſſima, teres, truncata, vix alto vellere clunium eminens. Vellus murinum, tenerum, molle, circa clunes et caput denſiſſimum ſub armis et in ventre rariuſculum aeſtate, hieme vero vbique largum. Color capitis, praeſertim circa roſtrum, ſubater, mento albido; reliqui corporis ſupra fuſco griſeoque mixtus murinus; verſus latera, magisque ſubtus et in artubus caneſcens. Interdum totum animal atrum. Genitalia exilia.

Habitat in regionibus auſtralioribus Ruſſiae ad occidentem Wolgae ſitis, ſub terra continuis cuniculis incedens et magnos cumulos agens. Etiam Germaniae nonnullis regionibus inquilinum (ſub nomine *Reitmaus*), teſte doctiſſimo Pallas.

Delectatur Phlomidis tuberoſae et Lathyri tuberoſi radicibus, aliisque victitans radicibus. Noctu praeſertim fodit. Parat nidum ſubterraneum e gramine molli verno tempore pro pullis. Hieme latet ſub foeni aceruis vel in profundioribus cuniculis intra terram. Vox nulla.

37. MVS.

37. MVS.

Dentes Primores vtrinque II; inferiores ſubulati.
Laniarii nulli.
Pedes digitati: digitis 4-5.
Cauda gracilis, ſubnuda.

noruegicus. 1. M. cauda elongata, palmis tetradactylis cum vnguiculo pollicari, corpore rufo.

manus. Pouch Ruſſorum *Rzacz. auct. p.* 329?
Mus ex Norwegia cinereo fuſcus *Seb. theſ. II p.* 64 *tab.* 63 *fig.* 5.
Glis Noruagicus *Klein. quadrup. p.* 56.
Le Rat de bois: Mus (ſilueſtris) cauda longiſſima, ſupra dilute fuluus, infra albicans *Briſſ. regn. an. p.* 170 *n.* 3.
Le Rat de Norvége: Mus (noruegicus) cauda longa, ex dilute cinereo fuſcus *Briſſ. regn. an. p.* 173 *n.* 8.
Die grauſchwärzliche Norwegiſche Ratte *Hall. vierf. p.* 424.
Rat de bois *Dictionn. anim. III p.* 661.
Rat de Norwege *Dictionn. anim. III p.* 662 (confundit hunc cum Glire Lemmo).
Le Surmulot *Buff. hiſt. nat. VIII p.* 206 *t.* 27.
The Norway Rat *Penn. brit. zool. p.* 47 *cum fig.* bona.
Rat des bois *Bom. dictionn. III p.* 716.
Surmulot *Bom. dictionn. IV p.* 279.
Le Pouc *Buff. hiſt. nat. XV p.* 143?
The brown Rat *Penn. ſyn. quadr. p.* 300 *n.* 227.

Die

Caudam elongatam in hoc genere dico, quae eſt longitudine corporis vel vltra; *mediocrem*, quae breuior eſt.

Die groſſe Waldratte. Sürmülot *Mart. Buff. vierſ. IV p. 291 tab. 79.*

Paullo maior Ratto, cui ſimilis; longitudine corporis 9 pollicum, cauda longitudinis eiusdem. Caput, dorſum et latera pallide ex rufo-fuſca, pectus et venter ſordide alba. Pedes nudi, coloris ſordide carnei. Palmae digitis quatuor cum vngue pollicari, plantae digitis quinque. Auriculae Ratti. Oculi magni, nigri. Naſi apex ſordide albus. Caudae baſis dorſo concolor, reliqua cauda ſquamoſa intermixtis pilis rarioribus. Mammae ſex ventrales totidemque pectorales.

Habitat hodie fere in omni Europa, a ſeculo noſtro inde, borealis originis. In Anglia ignotus ante annum 1730, in Gallia ante 1750. Degit praecipue ad aquas, beneque natat et vrinatur. Fodit ſubterraneus, et reperitur quoque in domibus. Victitat frumento, fructibus, cuniculis, gallinulis, vtenſilibus variis. Maxime pingueſcit. Audaciſſimum animal inter congeneres atque Ratto ferocius, morſu periculoſo: deleuit fere paſſim Rattum. Parit ter in anno 12-18. Mas feminam magnitudine antecellit.

Rattus. 2. M. cauda elongata, palmis tetradactylis cum vnguiculo pollicari, corpore griſeo.

Mus domeſticus maior, quem vulgo Rattum vocant *Geſn. quadrup. p. 829 cum fig.* bona.

Mus domeſticus maior *Schwenckf. theriotr. p. 115.*

Rattus *Aldrov. digit. p. 415.*

Glires Ratten *Ionſt. quadrup. tab. 66* fig. mediocr.

Die Ratte *Geſn. Thierb. p. 263 cum fig.* bon.

Sorex domeſticus *Charlet. exerc. p. 25.*

Mus domeſticus maior ſeu Sorex *Sibb. Scot. an. p. 12.*

Mus

Mus domeſticus maior, ſiue Rattus *Rai. ſyn. quadr. p.* 217.
Mus domeſticus maior, ſiue Rattus *Sloan. Iam. II p.* 330.
The Houſe Rat *Brick. North-Car. p.* 130.
Mus domeſticus maior *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 47.
Mus cauda longa ſubnuda, corpore fuſco-cineraſcente *Linn. fn. ſuec.* 1 *p.* 10 *n.* 28.
Die Ratte *Meyer Thiere II tab.* 83.
Mus cauda longa ſubnuda, corpore fuſco-cineraſcente *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 10 *n.* 6.
Mus, Rattus; Mus criſtinarius *Klein. quadrup. p.* 57.
Mus cauda longa ſubnuda, corpore fuſco cinereſcente. The browniſh-grey Mus, with a long and almoſt naked tail: the Ratt *Hill anim. p.* 517 *tab.* 25 fig. mediocr.
Ratzen *Kalm. Amer. III p.* 14.
Le Rat: Mus (Rattus) cauda longiſſima, obſcure cinereus *Briſſ. regn. an. p.* 168 *n.* 1.
Mus cauda longa ſubnuda, corpore fuſco-cineraſcente *Kram. Auſtr. p.* 316.
Die groſſe Hausmaus (Ratte) *Hall. vierf. p.* 427.
Mus (Rattus) cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis cum vnguiculo pollicari, plantis pentadactylis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 61 *n.* 9.
Rat domeſtique *Dictionn. anim. III p.* 661.
Le Rat *Buff. hiſt. nat. VII p.* 278 *tab.* 36.
Huis-Rot: Muis met een lange byna kaale Staart, de Voorpooten vier-Vingerig met een Nageltje in plaats van Duim, de Agterpooten vyf-Vingerig *Houtt. nat. hiſt. II p.* 471.
Mus (Rattus) cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis cum vnguiculo pollicari, plantis pentadactylis *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 12 *n.* 33.
Mus cauda longiſſima, obſcure cinereus *Gronov. zooph. I p.* 4 *n.* 18.
The common Rat *Penn. brit. zool. p.* 46 *cum fig.* bon.

Rotter

Rotter *Pontopp. Dan. I p.* 611.
Rat domeſtique *Bom. dictionn. III p.* 714.
Mus (Rattus) cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis cum vnguiculo pollicari, plantis pentadactylis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 83 *n.* 12.
Mus Rattus *Forſter: Philoſ. Tansact. LVII p.* 343.
The black Rat *Penn. ſyn. quadr. p.* 299 *n.* 226.
Sorcio *Aleſſ. quadrup. II tab.* 78 fig. Buff.
Hausratze *Müll. Naturſ. I p.* 347.
Mus (Rattus) cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis cum vnguiculo pollicari, plantis pentadactylis *Müll. Dan. prodr. p.* 5 *n.* 31.
Die Ratte *Mart. Buff. vierſ. IV p.* 221 *tab.* 69.
Sorcio, Ratto *Italis.*
Raton, Rata *Hiſpanis.*
Rato *Luſitanis.*
Rat *Gallis.*
Llygoden ffrengig *Cambrenſibus.*
Ratze, Ratte *Germanis.*
Rot, Rotte *Belgis.*
Rat *Anglis.*
Rotte *Danis.*
Rotta *Suecis.*
Крыса (Kryſa) *Ruſſis.*
Ulu Tſkan *Tataris.*
Schönkſcha *Tſcheremiſſis.*
As i-ſchüſchì *Tſchuwaſchis.*
Budſchim-ſchir *Wotiakis.*
Kriſſa *Morduanis.*
Wurdis, Burdüſch *Sirjänice.*

Corpus ſeptem pollices longum, e nigro griſeum, ſubtus album vel cinereum. Roſtrum acuminatum. Auriculae ſubouatae, pilis breuibus tectae. Verruca ſupraocularis pilis duobus longioribus. Myſtaces albae, longitudine capitis. Pedes 4-5, cum vnguiculo pollicari in palmis, fiſſi; ſupra pilis albis

albis breuiſſimis tecti, ſubtús papilloſo-verrucoſi. Digiti compreſſi. Vngues laterales breuiores. Cauda longitudine circiter corporis ad 8 poll., ſubnuda, ſquamoſa, pilis breuiſſimis ſcabra. Calculo vrinario maxime obnoxium animal.

Variat colore fuſco, griſeo, albo.

Habitat fere vbique in Europa et in calidioribus, paſſim fere deletus a M. noruegico. Exul Lapponiae. Americanus europaeae originis; allatus eſt in nouum orbem circa annum 1544.

Edit frumenta, vtenſilia varia, gallinulas, columbas, cuniculos: animal domibus peſſimum cautumque. Nidum parat in loco calidiore ex lana, pannis, ſtramine. Laſciuus valde. Parit pluries in anno ad ſex vel ſeptem. Saeuit in propriam ſpeciem. Retro coit, facileque ſub coitu caudae permiſcentur; inde fabula de rege Rattorum. Muſtela Ratto maxime infeſta.

Eiusdem forte ſpeciei eſt:

Mus americanus *Seb. theſ. II p. 30 tab. 29 fig. 2.*

Le Rat d'Amerique: Mus (Rattus Americanus) cauda longiſſima, ſupra ex ruſo flaueſcens, infra albicans, auriculis retrorſum ſitis *Briſſ. regn. an. p.* 172 *n. 6.*

Rat d'Amerique *Dictionn. anim. III p. 662.*

Rat d'Amerique *Bom. dictionn. III p. 717.*

Dorſum ex ruſo flaueſcens. Venter albeſcit. Auriculae longae, albicantes. Cauda albida, corpore longior, hiſpida.

amphibius. 3. M. cauda mediocri, palmis tetradactylis cum vnguiculo pollicari, corpore nigricante.

Mus aquatilis *Agric. an. ſubt. p.* 58.
Mus aquaticus *Geſn. quadrup. p.* 830.
Mus aquaticus *Bellon. aquat. p.* 35 *fig. p.* 36 mala.
Mus aquaticus *Schwenckf. theriotr. p.* 115.
Mus aquatilis *Aldrov. digit. p.* 447.
Mus aquaticus *Ionſt. quadrup. p.* 169.
Mus aquaticus *Charlet. exerc. p.* 25.
Sorex aquaticus *Charlet. exerc. p.* 25.
Mus aquaticus *Sibb. Scot. an. p.* 12.
Mus maior aquaticus, ſiue Rattus aquaticus *Rai. ſyn. quadr. p.* 217.
The Water-Rat *Laeſ. Carol. p.* 122.
Mus agreſtis virginianus albus *Seb. theſ.* 1 *p.* 76 *tab.* 47 *fig.* 4?
The Water-Rat *Brick. North-Car. p.* 130.
Caſtor cauda lineari tereti *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 47.
Caſtor cauda lineari tereti *Linn. fn. ſuec.* 1 *p.* 10 *n.* 25.
Die Waſſerratte *Meyer Thiere II tab.* 84.
Caſtor cauda lineari tereti *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 10 *n.* 3.
Mus aquatilis *Klein. quadrup. p.* 57.
Mus agreſtis Virginianus albus *Klein. quadrup. p.* 57?
Mus cauda abrupta, digitis connexis. The abrupt-tailed Mus, with connected toes: the Water-Rat *Hill anim. p.* 518.
Le Rat d'eau: Mus (aquaticus) cauda longa, pilis ſupra ex nigro et flaueſcente mixtis, infra cinereis veſtitus *Briſſ. regn. an. p.* 175 *n.* 11.
Le Rat blanc de Virginie: Mus (albus virginianus) cauda longa, albus, myſtace nigricante *Briſſ. regn. an. p.* 173 *n.* 7?
Die Waſſerratte *Hall. vierf. p.* 430.
Mus (amphibius) cauda elongata piloſa, plantis palmatis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 61 *n.* 8.

Le

Le Rat d'eau *Buff. hiſt. nat. VII p.* 348 *tab.* 43.
Rat d'eau *Dictionn. anim. III p.* 665.
Rat blanc *Dictionn. anim. III p.* 662?
Water-Rot: Muis met een lange Hairige Staart, de Agterpooten tuſſchen de Vingeren gevliesd *Houtt. nat. hiſt. II p.* 470.
Mus (amphibius) cauda elongata piloſa, plantis palmatis *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 12 *n.* 32.
The Water Rat *Penn. brit. zool. p.* 48 *cum fig.* bon.
Vand-Rotte *Pontopp. Dan. I p.* 612.
Rat d'eau *Bom. dictionn. III p.* 717.
Rat blanc *Bom. dictionn. III p.* 717?
Mus (amphibius) cauda elongata piloſa, plantis palmatis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 82 *n.* 11.
Le Rat d'eau blanc *Buff. hiſt. nat. XV p.* 146?
The Water Rat *Penn. ſyn. quadr. p.* 301 *n.* 228.
Sorçio morgange *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 165 *fig.* 1 Buff.
Die Waſſerratze *Müll. Naturſ. I p.* 346.
Mus (amphibius) cauda elongata piloſa, plantis palmatis *Müll. Dan. prodr. p.* 5 *n.* 30.
Die Waſſermaus. Waſſerratte *Mart. Buff. vierſ. IV p.* 251 *tab.* 72.
Sorcio morgange *Italis.*
Raton de agua *Hiſpanis.*
Rato de agoa *Luſitanis.*
Rat d'eau *Gallis.*
Llygoden y dwfr *Cambrenſibus.*
Waſſerratze *Germanis.* il. Erdwolf –
Water-Rot *Belgis.*
Water Rat *Anglis.*
Vand-Rotte *Danis.*
Vasmuus, Vandſkiœr *Noruegis.*
Wattn Rotta *Suecis.*
Водяной Кротъ (Wodjanoi Krot) *Ruſſis.*
Mataga *Tunguſis.*

Longitudo corporis 7 pollicum, caudae 4½ poll. Corpus craſſius quam in Ratto. Naſus craſſus, obtuſus. Auriculae paruae, pilis occultatae. Oculi minuti. Dentes aurantii. Palmae digitis 4½, plantae 5 non palmatis, vti Raio et Linneo, aliisque auctoribus. Caput et corpus pilis longis nigris, admixtis paucioribus ferrugineis. Venter ex ferrugineo griſeus. Cauda pilis breuibus, nigris, apice albicantibus. Mammae quatuor pectorales totidemque ventrales.

Variat colore albo.

Habitat in Europa et America boreli, ad aquas, fodiens.

Victitat piſciculis eorumque ouis, ranis, inſectis, radicibus. Bene natat atque vrinatur. Coit fine hiemis, parit Aprili menſe ſex vel ſeptem. Sapor carnis piſcinus.

ſiluaticus. 4. M. cauda mediocri, corpore cano pilis nigris, pectore flaueſcente, abdomine albido.

Mus agreſtis maior *Geſn. quadrup. p.* 830 *fig. p.* 1104.
Mus ſiluaticus *Geſn. quadrup. p.* 833?
Mus ſiluaticus *Schwenckf. theriotr. p.* 116.
Mus agreſtis maior *Aldrov. digit. p.* 436.
Mus ſiluaticus *Sibb. Scot. an. p.* 12.
Mus domeſticus medius *Rai. ſyn. quadr. p.* 218.
Mus agreſtis maior macrouros Geſn. *Rai. ſyn. quadr. p.* 219.
Sorices *Rzacz. Polon. p.* 261 *auct. p.* 328?
Mus domeſticus medius *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 47.
Mus cauda longa, corpore nigro-flaueſcente, abdomine albo *Linn. fn. ſuec.* 1 *p.* 11 *n.* 30.

Die

Die Feldmaus *Meyer Thiere 1 tab.* 1?

Mus cauda longa, corpore nigro-flaueſcente, abdomine albo *Linn. ſyſt. nat. 6 p.* 10 *n.* 7.

Mus cauda longa corpore nigro flaueſcente. The yellowiſh-black Mus, with a long tail *Hill anim. p.* 517.

Le grand Rat des champs: Mus (campeſtris maior) cauda longiſſima, fuſcus, ad latera rufus *Briſſ. regn. an. p.* 171 *n.* 4.

Le Mulot: Mus cauda longa, ſupra e fuſco flaueſcens, infra ex albo cineraſcens *Briſſ. regn. an. p.* 174 *n.* 9.

Mus cauda longa corpore nigro-flaueſcente, abdomine albo *Kram. Auſtr. p.* 316.

Mus (ſiluaticus) cauda longa, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore griſeo pilis nigris, abdomine albido *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 62 *n.* 12.

Le Mulot *Buff. hiſt. nat. VII p.* 325 *tab.* 41.

Mulot *Dictionn. anim. III p.* 195.

Grand Rat des champs *Dictionn. anim. III p.* 662.

Boſch-Muis: Muis met een lange Staart, de Voorpooten vier-, de Agterpooten vyf-Vingerig, het Lyf grys met zwarte Hairtjes, de Buik witagtig *Houtt. nat. hiſt. II p.* 486.

Mus (ſiluaticus) cauda elongata, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore griſeo pilis nigris, abdomine albido *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 12 *n.* 36.

The long-tailed Field-Mouſe *Penn. brit. zool. p.* 49 *cum. fig.* bona.

Skov-Muus *Pontopp. Dan. I p.* 612.

Mulot *Bom. dictionn. III p.* 164.

Mus (ſiluaticus) cauda mediocri, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore griſeo pilis nigris, abdomine albido *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 84 *n.* 17.

The field Rat *Penn. ſyn. quadr. p.* 302 *n.* 230.
Topo di Campagna *Aleſſ. quadrup. II tab.* 79 fig. Buff.
Field Mouſe *Forſter: Philoſ. transact. LXII p.* 380.
Die Waldmaus *Müll. Naturſ. I p.* 352.
Mus (ſiluaticus) cauda mediocri, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore griſeo pilis nigris, abdomine albido *Müll. Dan. prodr. p.* 5 *n.* 29.
Die groſſe Feldmaus *Mart. Buff. vierſ. IV p.* 243 *tab.* 71.
Topo di campagna *Italis.*
Rat ſautèrelle, Souris de terre, Mulot *Gallis.*
Ratte à la grande queue *in Burgundia.*
Llygòden ganolig, Llygoden y maes *Cambrenſibus.*
Feldmaus *Germanis.*
Boſch-Muis *Belgis.*
Field-mouſe *Anglis.*
Beanmouſe *paſſim in Anglia.*
Skov-muus *Danis.*
Myſzy polne *Polonis*?

Longitudo corporis 4½ poll. caudae 4 poll. Oculi magni, prominentes, nigri. Auriculae e vellere prominentes. Caput, dorſum et latera flauicanti-fuſca, intermixtis pilis nigricantibus; pectus ochraceum; venter albus. Cauda leuiter piloſa. Mammae quatuor ventrales, duae pectorales.

Habitat in Europae campis, ſiluis et hortis ſiccioribus. Eſt quoque ad fretum Hudſonis. Edit nuces varias atque frumentum. Nidus prope terrae ſuperficiem; parit ſeptem ad decem pullos. Cibum in hiemem colligit.

Varietatem Noueboracenſem Pennantus habet, myſtacibus valde longis, aliis albis, aliis nigris; auri-

culis

culis magnis, nudis, apertis; ſtria per medium dorſum a capite ad caudam lata ferruginea; buccis ſpatioque inter auriculas, nec non lateribus vsque ad caudam aurantiis; corpore ſubtus a naſo ad caudam vsque albiſſimo; pedibus albis. Crura poſtica huic longiora ac europaeo. Cauda ſupra nigricans, infra albicans.

Muſculus. 5. M. cauda elongata, palmis tetradactylis absque vnguiculo pollicari, corpore griſeo.

Μῦς *Ariſt. hiſt. anim. I c. 2 n.* 15.

Mus *Plin. hiſt. nat. VIII c.* 56 (*c.* 82 *Hard.*). *X c.* 65 (*c.* 85 *Hard.*) *c.* 73 (*c.* 94 *Hard.*).

Mus *Geſn. quadrup. p.* 808 *fig.* bona.

Mus domeſticus minor *Schwenckf. theriotr. p.* 113.

Mus albus *Schwenckf. theriotr. p.* 114.

Mus rubeus *Schwenckf. theriotr. p.* 114.

Mus muſcatus *Schwenckf. theriotr. p.* 114?

Mus domeſticus minor *Aldrov. digit. p.* 417 *cum fig.* mediocr.

Mus domeſticus minor albus Suidae *Aldrov. digit. p.* 417.

Mus domeſticus *Ionſt. quadrup. p.* 165.

Mures Meuſe *Ionſt. quadrup. tab.* 66 fig. mediocr.

Eine Maus *Geſn. Thierb. p.* 260 *cum fig.* mala.

Mus domeſticus minor *Sibb. Scot. anim. p.* 12.

Mus domeſticus vulgaris ſeu minor *Rai. ſyn. quadr. p.* 218.

Mus albus domeſticus *Rzacz. auct. p.* 328.

Mus domeſticus vulgaris ſeu minor *Sloan. Iam. II p.* 330.

The Houſe-mouſe *Brick. North-Car. p.* 131.

Mus domeſticus vulgaris *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 47.

Mus cauda longiuſcula, corpore cinereo-fuſco, abdomine ſubalbeſcente *Linn. fn. ſuec.* 1 *p.* 11. *n.* 31.

Eine Maus *Meyer Thiere I tab.* 1.

Mus cauda nudiuſcula, corpore cinereo-fuſco, abdomine ſubalbeſcente *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 10 *n.* 8.

Mus minor, Muſculus vulgaris, domeſticus *Klein. quadrup.* p. 57.

Mus cauda longa nudiuſcula, ventre ſubalbido. The Mus, with a long and almoſt naked tail, and a white belly: the Mouſe *Hill anim. p.* 517.

Mus cauda longa nudiuſcula, corpore cinereo-fuſco, abdomine ſubalbeſcente *Linn. muſ. Ad. Frid.* I *p.* 9.

La Souris: Mus (Sorex) cauda longiſſima, obſcure cinereus, ventre ſubalbeſcente *Briſſ. regn. an. p.* 169 *n.* 2.

Mus cauda nudiuſcula, corpore cinereo-fuſco, abdomine ſubalbeſcente *Kram. Auſtr. p.* 316.

Mus domeſticus minor, cauda longa ſubnuda, corpore fuſco-cinereſcente, abdomine albicante: the Mouſe *Brown. Iam. p.* 484.

Die kleine Hausmaus *Hall. vierf. p.* 431.

Mus (Muſculus) cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 62 *n.* 10.

La Souris *Buff. hiſt. nat. VII p.* 309 *tab.* 39.

Souris *Dictionn. anim. IV p.* 226.

Huis-Muis: Muis met een lange byna kaale Staart; de Voorpooten vier-de Agterpooten vyf-Vingerig *Houtt. nat. hiſt. II p.* 478.

Mus (Muſculus) cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, pollice mutico *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 12 *n.* 34.

Mus cauda longiſſima, obſcure cinereus, ventre albeſcente *Gronov. zooph. I p.* 4 *n.* 19.

The common Mouſe *Penn. brit. zool. p.* 302 *n.* 229.

Lille-Muus *Pontopp. Dan. I p.* 612.

Souris *Bom. Dictionn. IV p.* 253.

Mus (Muſculus) cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis: pollice mutico *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 83 *n.* 13.
Mus Muſculus *Forſter: Philoſ. transact. LVII p.* 343.
The Mouſe *Penn. ſyn. quadrup. p.* 302 *n.* 229.
Topo *Aleſſ. quadrup. II tab.* 77 fig. Buff.
Die Hausmaus *Müll. Naturſ. I p.* 349.
Mus domeſticus *Forsk. ſn. orient. p. IV.*
Mus (Muſculus) cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis: pollice mutico *Müll. Dan. prodr. p.* 5 *n.* 28.
Die Maus *Mart. Buff. vierf. IV p.* 239 *tab.* 70.
Topo, Sorice *Italis.*
Raton (*mas*); Rata (*femina*) *Hiſpanis.*
Ratinho *Luſitanis.*
Souris *Gallis.*
Llygoden *Cambrenſibus.*
Maus, Hausmaus *Germanis.*
Muis, Huis-muis *Belgis.*
Mouſe *Anglis.*
Lille-Muus *Danis.*
Huus-Muus *Noruegis.*
Mus *Suecis.*
Мышь (Myſch'), Домашная Мышь (Domaſchnaja Myſch') *Ruſſis.*
Tſkan *Tataris.*
Koljä *Tſcheremiſſis.*
Schüſchì *Tſchuwaſchis.*
Schir *Wotiakis.*
Tſchar *Morduanis.*
Schir *Permice.*
Schür *Sirjänice.*
Far *Aegyptiis.*

Minor Ratto, longitudine corporis trium pollicum, in reliquis iſti ſimilis figura et colore, niſi quod hic pallidior ſit, et quod vnguis palmarum polli-

caris deſit. Cauda longitudine corporis piloſiuſcula.

Varietas alba, oculis aurantiis.

Habitat vbique in domibus et ſiluis glandiferis, polyphagus: noxium animalculum rebus eſculentis, cautumque et timidum, agileque. Parit ſex vel ſeptem pluries in anno. Delectatur muſica. Praeda Felis, Muſtelae, Erinacei, Strigis; in horreis pellitur Ebulo.

Eiusdem ſpeciei videtur:

Mus americanus maſculus, pilis dilute ſpadiceis veſtitus *Seb. theſ. I p.* 177 *tab.* 111 *fig.* 6.

La Souris d'Amerique: Mus (Sorex Americanus) cauda longiſſima, dilute ſpadiceus *Briſſ. regn. an. p.* 172 *n.* 5.

La Souris de l'Amerique *Dictionn. anim. IV p.* 227.

Die Orakelmaus *Hall. vierf. p.* 432 quid?

paludoſus. 6. M. cauda elongata, auriculis vellere breuioribus, corpore nigro.

Mus (paludoſus) cauda mediocri piloſa, palmis ſubtetradactylis, plantis pentadactylis, auriculis vellere breuioribus; ater *Linn. mant. II p.* 522.

Die Sumpfmaus *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 39.

Corpus magnitudine, ſtatura, facie Muris terreſtris, ſed totum atrum. Auriculae vellere breuiores, piloſae (nec vt in M. terreſtri nudiuſculae). Pedes toti (digitis M. terreſtri conformibus, etiam pollicis palmarum vngue minuto obſoletiore) pilis albis tecti, omnes fiſſi. Cauda tota pilis tecta (qua

(qua differt a M. terreſtri) longitudine corporis absque capite.

Habitat ad Sueciae foſſas, introitu ſub ipſa aqua. Num forte *M. amphibius.*

terreſtris. 7. M. cauda mediocri, auriculis vellere breuioribus, corpore ſupra ferrugineo, ſubtus cinereo.

Mus agreſtis *Schwenckf. theriotr. p.* 116.

Mus agreſtis minor *Aldrov. digit. p.* 436.

Nül oder Wühlmaus *Geſn. Thierb. p.* 264 *cum fig.* mala.

Mus agreſtis capite grandi, brachyuros *Rai. ſyn. quadr. p.* 218.

Mus agreſtis, capite grandi, brachyurus *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 47.

Mus cauda breui, corpore nigro-fuſco, abdomine cineraſcente *Linn. fn. ſuec. I p.* 10 *n.* 27.

Mus cauda longa piloſa; auribus ſubrotundis vellere breuioribus *Linn. fn. ſuec.* I *p.* 10 *n.* 29.

Mus cauda breui, corpore nigro-fuſco, abdomine cineraſcente *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 10 *n.* 4.

Mus cauda longa piloſa, auribus ſubrotundis vellere breuioribus *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 10 *n.* 5.

Mus agreſtis capite grandi *Klein. quadrup. p.* 57.

Mus cauda breui, dorſo nigro-fuſco, ventre albo. The ſhort-tailed Mus, with a browniſh-black back, and white belly *Hill anim. p.* 516.

Mus cauda longa villoſa, auribus breuibus. The ſhort-eared Mus, with a ſhort hairy tail: the Ground-rat *Hill anim. p.* 517 *tab.* 25 fig. mala.

Le petit Rat des champs: Mus (campeſtris minor) cauda breui, pilis e nigricante et ſordide luteo mixtis in dorſo, et ſaturate cinereis in ventre veſtitus *Briſſ. regn. an. p.* 176 *n.* 12.

Mus

Mus cauda breui, corpore nigro-fuſco, abdomine cinerafcente *Kram. Auſtr. p.* 316.

Mus cauda longa piloſa, auribus ſubrotundis vellere breuioribus *Kram. Auſtr. p.* 316.

Die Feldmaus *Hall. vierf. p.* 431?

Die Scharrmaus *Hall. vierf. p.* 431.

Mus (terreſtris) cauda mediocri ſubpiloſa, palmis ſubtetradactylis, plantis pentadactylis, auriculis vellere breuioribus *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 61 *n.* 7.

Le Campagnol *Buff. hiſt. nat. VII p.* 369 *tab.* 47.

Petit rat des champs *Dictionn. anim. III p.* 666.

Veldmuis: Muis met een Staart van middelbare langte, dun gehaird; de Voorpooten omtrent vierde Agterpooten vyf-Vingerig; de Ooren korter dan het Hair van de Vagt *Houtt. nat. hiſt. II p.* 469.

Mus (agreſtis) cauda abbreuiata, corpore nigro-fuſco, abdomine cinerafcente *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 11 *n.* 30.

Mus (tereſtris) cauda mediocri ſubpiloſa, palmis ſubtetradactylis, plantis pentadactylis, auriculis vellere breuioribus *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 11 *n.* 31.

The ſhort-tailed Fieldmouſe *Penn. brit. zool. p.* 50 *cum fig.* bona.

Mark-Muus *Pontopp. Dan. I p.* 612.

Campagnol *Bom. dictionn. I p.* 389.

Mus (terreſtris) cauda mediocri ſubpiloſa, palmis ſubtetradactylis, plantis pentadactylis, auriculis vellere breuioribus *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 82 *n.* 10.

Die eine Mauſeart *S. G. Gmelin Reiſ. I p.* 151 *tab.* 29 *fig.* 1. (num forte paluſtris?)

The ſhort-tailed Rat *Penn. ſyn. quadr. p.* 305 *n* 233.

Campagnolo *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 165 *fig.* 2 Buff.

Short-tailed Mouſe *Förſter: Philoſ. transact. LXII p.* 380.

Die

Die Feldmaus *Müll. Naturſ. I p.* 345.

Mus (terreſtris) cauda mediocri ſubpiloſa, palmis ſubtetradactylis, plantis pentadactylis, auriculis vellere breuioribus *Müll. Dan. prodr. p.* 4 *n.* 27.

Die kleine Feldmaus. Der Kampagnol *Mart. Buff. vierſ. IV p.* 256 *tab.* 73.

Campagnolo *Italis.*

Petit rat des champs, Campagnol *Gallis.*

Ratte couette *in Burgundia.*

Llygoden gwtta'r maes *Cambrenſibus.*

Kleine Feldmaus *Germanis.*

Erdzeiſt *Auſtriacis.*

Veldmuis *Belgis.*

Short-tailed Fieldmouſe *Anglis.*

Mark-Muus *Danis.*

Molle *Suecis.*

Песцовая Мышь (Peſtzowaja Myſch') *Ruſſis.*

Corpus longitudine trium pollicum, cauda vnius. Caput magnum. Naſus obtuſus. Auriculae breues, pilis occultatae. Oculi prominentes. Cauda ſubpiloſa, apice leuiter floccoſa. Color capitis et corporis ſupra e fuſco ferrugineus admixto nigro; venter profunde cinereus.

Habitat aeſtate in Europae campis et hortis, hieme in ſiluis: reperitur quoque in America boreali. Subterraneum animal. Nidum parat in pratis humidis. Parit ad octo pullos. Edit nuces arborum et frumenta.

Idem videtur:

Mus (gregarius) cauda corpore triplo breuiore ſubpiloſa, corpore griſeo ſubtus pedibusque albis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 84 *n.* 16.

The

The gregarious Rat *Penn. ſyn. quadr. p.* 305 *n.* 234.
Mus ſocialis *Pallas Reiſ. II p.* 705 qui vtique idem videtur.
Die Erdmaus *Müll. Naturſ. I p.* 351.
Die geſellige Maus *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 45.
Niri Katſchan *Tunguſis.*

Corpus M. Muſculo paullo maius, ſupra griſeum: pilis baſi atris, medio ferrugineis, apice nigris. Gula, abdomen et pectus albicantia. Caput ouatum, roſtro obtuſo, rictu paruo. Myſtaces nigrae. Auriculae nudae, ſubrotundae, ex vellere prominentes. Cauda albido-piloſa, apice nigro-cinerea. Pedes 4-5, digitis omnibus vnguiculatis.

Habitat in Germania, Suecia, nec non ad Iaicum. Fodit et ſub terra degit; ſedens edit.

agrarius. 8. M. cauda mediocri, corpore ſupra luteo, ſubtus caneſcenti albo, linea dorſali nigra.
Mus agrarius *Pallas Reiſ. I p.* 454.
Die Ackermaus *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 41.

Paullo minor et tenerior M. Muſculo, roſtroque acutiore. Myſtaces parciores. Caput oblongius. Auriculae minores, intus villoſae. Corpus luteum, ſubtus artubusque caneſcenti-album. Linea ab occipite ad caudam fere vsque ſpinalis atra, conſtantiſſima. Artus gracillimi: palmae vnguiculo pollicari minutiſſimo, obtuſo. Cauda longitudine corporis dimidia circiter, tenuior quam in M. Muſculo et piloſior paullo, filiformis, annulis circiter 90 notata, ſupra nigricans, ſubtus albeſcens. Pondus drachm. 3 - 4.

Habitat ad Wolgam et in vicinis locis copioſiſſime ſub frumenti aceruis.

Idem videtur:
The harveſt Rat *Penn. ſyn. quadr. p.* 303 *n.* 231.

Corpus longitudine 2 $\frac{1}{2}$ poll. caudae 2 poll. Oculi minus prominentes quam in M. ſiluatico. Auriculae e vellere prominulae. Color corporis ſupra ferrugineus, ſubtus albus, linea recta in lateribus vtrumque colorem diſtinguente. Cauda ſubpiloſa.

Habitat in Hampſhire Angliae, copioſiſſimus apparens durante meſſe, numquam domus intrans. Hieme ſubterraneus. Fodit valde profunde. Lectum parat e gramine ſicco. Parit ad octo.

Porro huc referendus videtur:
Die zwote Gattung *S. G. Gmelin Reiſ. I p.* 151.
Eine andere Art Mäuſe *S. G. Gmelin Reiſ. I tab.* 29 *fig.* 2 mediocr.

Corpus ſupra ex rufo flauum. Stria dorſalis nigra longitudinalis, medio latiſſima. Corpus ſubtus cinereum. Auriculae mediocres, intus et extus piloſae, capiti concolores. Corpus ad tres pollices longum, cauda 2 $\frac{1}{2}$ poll. cinerea, ſubpiloſa. Pedes 4-5.

Habitat in deſertis ad Tanain, fodiens ſubterraneus.

barbarus. 9. M. cauda elongata, corpore fuſco ſtriis decem pallidis.
Rats d'Inde *Boullaye voy. p.* 256?
Sweet mice *Barbot Guin. p.* 214?

Mus

Mus (barbarus) cauda mediocri, corpore fuſco ſtriis decem pallidis, palmis tridactylis, plantis pentadactylis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *II addend.*
Die wilde Maus *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 47.

Corpus M. Muſculo minus, ſupra fuſcum. Abdomen pallidum. Dorſum ſtriis decem pallidis, et ſaepe lineola vix manifeſta inter ſtrias laterales. Pedes antici digitis tribus vnguiculatis; praeterea pollice obſoleto; ſub planta ipſa rudimentum quinti digiti. Cauda nudiuſcula, ſubuerticillata, longitudine corporis.

Habitat in Barbaria.

ſtriatus. 10. M. cauda elongata, corpore griſeo ſtriis punctatis albis.
Mus orientalis *Seb. theſ. II p.* 22 *tab.* 21 *fig.* 2.
Mus Orientalis *Klein. quadrup. p.* 57.
Mus (ſtriatus) cauda longa, ſtriis corporis longitudinalibus ex punctis albis *Linn. muſ. Ad. Frid. I p.* 10.
Le Rat oriental: Mus (orientalis) cauda longa, rufus, lineis in dorſo albicantibus, margaritarum aemulis *Briſſ. regn. an. p.* 175 *n.* 10.
Die rothe orientaliſche Maus *Hall. vierf. p.* 432.
Mus (ſtriatus) cauda elongata ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corpore ſtriis punctatis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 62 *n.* 13.
Rat oriental *Dictionn. anim. III p.* 665.
Muis met een lange byna kaale Staart, de Voorpooten vier-, de Agterpooten vyf-Vingerig, geſtippelde Streepen over 't Lyf *Houtt. nat. hiſt. II p.* 487.
Rat oriental *Bom. dictionn. III p.* 717.

Mus

Mus (ſtriatus) cauda mediocri ſubnuda, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, corporis ſtriis punctatis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 84 *n.* 18.
The oriental Rat *Penn. ſyn. quadr. p.* 304 *n.* 232.
Die oſtindiſche geſtreifte Ratze *Müll. Naturſ. I p.* 352.

Dimidio minor M. Muſculo. Color griſeus ſtriis duodecim a capite ad poſtrema diductis, albis, ex punctis in ſeries digeſtis; ſubtus pallidus. Auriculae rotundatae, nec elongatae, nudae. Pedes flaueſcentes. Palmae tetradactylae, plantae pentadactylae. Cauda ſubnuda, longitudine corporis.

Habitat in India.

minutus. 11. M. cauda elongata, corpore griſeo-luteſcente ſubtus ſordide albo.
Mus minutus *Pallas Reiſ. I p.* 454.
Die Zwergmaus *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 41.

Totius generis minimus, vix dimidia mole M. Muſculi. Caput et praeſertim naſus hirſutior quam in agrario. Myſtaces teneriores. Auriculae minores et vellere ſemilatentes, orbiculatae, intus ſubuilloſae. Corpus griſeo-luteſcens, in dorſo fuſceſcente mixtum, ſubtus cano-album. Pedum palmae vtrinque cano-ciliatae, palmarum vnguiculus pollicaris obtuſiſſimus. Cauda maior quam in M. agrario, tenuior tamen et breuior quam M. Muſculi, ſubfiliformis, piloſa tota, circulisque fere 130 annulata. Pondus plerumque ſeſquidrachmale, raro duarum drachmarum. Interaneis aeque ac M. agrarius cum M. amphibio et ſiluatico conuenit. Cyſtis fellea in vtroque pariter nulla.

Habitat ad Wolgam et in vicinis locis copioſiſſime ſub frumenti aceruis.

ſubtilis. 12. M. cauda elongata, corpore cinereo-caneſcente, faſciola dorſali nigra.

Eine Art kleiner grauer Schlafmäuſe *Pallas Reiſ. II p.* 408.

Mus ſubtilis *Pallas Reiſ. II p.* 705.

Der Zärtling *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 46.

Minutiſſima (praeter M. minutum) ſpecies. Habitus M. minuti, ſed auriculae maiores et cauda multo longior, minusque piloſa. Dentes primores lutei. Auriculae magnae, ouales, nudae, plicatiles. Palmae ſubpentadactylae, verruca inſigni calloſa loco pollicis. Cauda corpore multo longior, attenuata, ſubuolubilis, nudiuſcula, minus tamen quam in M. Muſculo, circulis circiter 170 euidentiſſime annulata. Color ſupra cinereo-caneſcens fuſco mixtus; faſciola latiuſcula a ſcapulis vel ima ceruice incipiens, vsque ad caudam, nigra. Pondus paullo vltra drachmam. Longitudo animalculi 2 poll. 1 lin. caudae 2 poll. 10 lin.

Varietas colore fulueſcenti-luteo, faſciola ſpinali ſimili, cauda longiore. Pondus granorum 80, longitudo 2 poll. 2½ lin. caudae 3 poll. 2½ lin.

Habitat rariuſcule ad Iaicum, abundat vero in orientali parte deſerti tatarici inter Iaicum, Irtin et Ob fluuios, apricis pariter atque Betula obſitis in campis, cuniculis exiguis vel cauis arborum in truncis nidificans. Victitat ſeminibus variis, plantasque per caules adſcendit victum quaerens. Frigore torpeſcit conglobatus, imo aere ad 60 grad. Fahrenh. calente vix animatur; adeoque breuiſſima vita huic in rigidiſſimo Sibiriae climate.

aſtra-

aſtrachanenſis. 13. M. cauda mediocri, corpore ſupra flauo ſubtus cinereo.

Eine Mäuſe-Gattung *S. G. Gmelin Reiſ. II p.* 173 *tab.* 11 fig. mediocr.

Figura M. Muſculi et color, at cauda abbreuiata magisque piloſa. Corpus ſupra pilis nigris apice flavis, vt fere totum flauum videatur, ſubtus cinereum. Auriculae fere nudae. Pedes et cauda cinerea. Longitudo corporis 4 pollicum, caudae pollicis vnius cum aliquot lineis. Pedes 4-5.

Habitat circa Aſtrachan intra terram, perpendiculariter fodiens ſatis profunde.

micruros. 14. M. cauda abbreuiata, corpore ſupra cinereo-caneſcente ſubtus ſordide albido.

Mus micruros *S. G. Gmelin Reiſ. III p.* 500 *tab.* 57 *fig.* 2 maia.

Longitudo corporis 3 poll. 3 lin. caudae 6 lin. Corpus ſupra ex cinereo caneſcens, ſubtus ex griſeo albidum. Caput breue, roſtro obtuſo. Nares minimae, rotundae. Myſtaces griſeo-albae. Irides nigrae. Auriculae magnae, oblongae, rotundatae, piloſae. Pedes 4-5 vnguibus acutis.

Habitat in prouincia Maſanderan Perſiae.

38. IACVLVS.

Dentes Primores vtrinque II.
Laniarii nulli.
Pedes antici breuiſſimi; *poſtici* elongati.
Cauda elongata, apice floccoſa.

orientalis. 1. I. palmis tetradactylis cum vnguiculo pollicari, plantis tridactylis.

Aegyptii mures *Plin. hiſt. nat. X c. 65 (c. 85 Hard.).*
Aegyptii mures alii *Geſn. quadrup. p.* 837.
Agnus filiorum Iſrael *Alpin. Aeg. p.* 232.
Cuniculus ſeu Lepus indicus Vtias dictus *Aldrov. digit. p.* 395 *fig.* bona.
Seltzame Art Feldmäuſe Ierbuab *Olear. Reiſ. p.* 740.
Des rats de montagne *Moncon. voy. I p.* 285.
Fliegende Haſen *Strahlenb. Aſ. p.* 361.
The Ierbôa or Yerbôa *Shaw trav. p.* 248.
The Daman Israel *Shaw trav. p.* 376.
Mus (aegyptius) pedibus poſticis longiſſimis, cauda corpore longiore, extremo villoſa *Haſſelquiſt: Act. vpſal.* 1750 *p.* 17.
Die aegyptiſche Bergratte *Haſſelquiſt: Act. holmienſ.* 1752 *p.* 129 *tab.* 4 *fig.* 1.
Mus (Iaculus) pedibus poſticis longiſſimis, cauda extremo villoſa *Haſſelqu. Palaeſt. p.* 277.
Egiptiſche Bergratte *Hall. vierf. p.* 595.
Mus (Iaculus) cauda elongata floccoſa, palmis pentadactylis, plantis tridactylis, femoribus longiſſimis, brachiis breuiſſimis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 63 *n.* 15.

The

IACVLI bipedes incedunt ſuper pedum plantis, vel potius ſaliunt, opitulante cauda elongata rigida.

The Gerbua *Edw. Glean. I tab.* 219.

Springer: Muis met een lange Staart, die aan 't end een Kwaſt heeft, de Voorpooten vyf-, de Agterpooten drie-Vingerig, de agterſte Beenen zeer lang, de voorſte Beenen zeer kort *Houtt. nat. hiſt. II p.* 488 *tab.* 20 *fig.* 2 Haſſelqu.

Zits-jam *Schober*: *Müll. Samml. VII p.* 124.

Cuniculus pumilio ſaliens, cauda longiſſima *S. G. Gmelin*: *Nov. comment. petrop. V p.* 351 *tab.* 11 *fig.* 1.

Mus (Iaculus) cauda elongata floccoſa, palmis ſubpentadactylis, plantis tridactylis, femoribus longiſſimis, brachiis breuiſſimis *Linn. muſ. Ad. Frid. II p.* 9.

Gerboiſe *Bom. dictionn. II p.* 307.

Le Gerbo ou Gerboiſe *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 141.

L'Alagtaga *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 141.

Mus (Iaculus) cauda elongata floçcoſa, palmis ſubpentadactylis, femoribus longiſſimis, brachiis breviſſimis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 85 *n.* 20.

Der Erdhaaſe *S. G. Gmelin Reiſ. I p.* 26 *tab.* 2.

The Aegyptian Ierboa *Penn. ſyn. quadr. p.* 295 *n.* 222 *tab.* 25 *fig.* 3.

The Siberian Ierboa *Penn. ſyn. quadr. p.* 296 *n.* 223.

Die egyptiſche Bergratte *Berl. Samml. IV p.* 542 *cum fig.*

Der Springer *Müll. Naturſ. I p.* 352 *tab.* 20 *fig.* 2 Haſſelqu.

Mus Iaculus *Forsk. fn. orient. p. IV.*

Iaculus aſiaticus *Pallas.*

Земляной заецъ (Zemljanoi Zaetz), Бабукъ (Babuk) *Ruſſis.*

Alagtaga *Mongalis.*

يربوع (Ierboa) *Arabibus.*

Djarbua *Aegyptiis.*

Magnitudo Muſculi maioris: longitudine corporis 7¼ pollicum, caudae 10 poll. Caput oblongum, vertice ſubconuexum, lateribus parum protuberans. Corpus obouatum, verſus caudam anguſtius, decliue. Roſtrum breuiuſculum, apice truncatum, craſſum, cylindricum. Apertura oris ſubtus roſtro tecta, minima. Maxilla ſuperior maxima, totum roſtrum conſtituens; inferior tenuis, breuiſſima, obtuſa, ſub ſuperiore abſcondita, nec niſi ſub gula viſibilis. Dentes primores duo vtrinque, hinc conuexi, apice acuminati. Nares in apice roſtri, margini eius ſuperiori quam inferiori propiores, ampliuſculae, rotundae, approximatae. Tuberculum paruum, ſubrotundum, parum elevatum ſupra nares, terminatum inferius proceſſibus duobus lineari-longitudinalibus. Sinus longitudinalis linearis in medio horum tuberculorum, parum profundus, inferius amplior. Myſtaces copioſiſſimae, ſeriebus tribus, quarum prima circa marginem roſtri ad latera eius inferiora conſtat radiis numeroſiſſimis, breuiuſculis, mollibus, albidis; ſecunda proxime ſupra nares ad latera ſuperiora roſtri, conſtructa radiis rigidis, longioribus, parcioribus, nigris; tertia inter has media, inferius verſus baſin capitis, compoſita radiis paucis (decem circiter vtrinque) longiſſimis, rigidiſſimis, quorum vnus omnium longiſſimus corpus longitudine ſuperat, ex albis et nigris mixta. Oculi ad latera capitis, vertici quam gulae, baſi capitis quam apici roſtri propiores: reſpectu corporis magni, protuberantes, toti atri. Auriculae ad baſin capitis, iuxta verticem erectae, oblongo-ouatae, apice obtuſae, margine anteriore inflexo perpendiculari, poſteriore conuexo, plano; amplae, ratione capitis magnae, nudae pellucidae, arteriis, diſtinctiſſimis perreptatae. Pedes anteriores proxime infra collum, breuiſſimi, ſubteretes,

tes, ſubnudi, terram non attingentes, ſub collo reconditi, vix conſpiciendi. Digiti quatuor cum pollice oblitterato mutico, fiſſi, tenues, fere aequales: vngues arcuati, infra medium attenuati. Pedes poſteriores anterioribus triplo longiores, corpore vero femoribus ſimul ſumtis duplo longiores, compreſſi, nudi. Femora nuda, pedibus continua, iisque ſimilia vt in Grallis. Planta longiuſcula, craſſa, pone lanuginoſa, digitis tribus fiſſis, compreſſis, mediis parum longioribus. Vngues recti, breues, compreſſi, acuti. Cauda obſolete quadrangularis, aequalis, corpore triplo? longior, pilis breuiſſimis rigidiuſculis tecta, extremitate ſpatio trium digitorum pilis longis molliuſculis diſtinctis inſtructa. Pili longiuſculi, molles, denſi, in capite et corpore vsque ad media latera pallide fuſci; laterum reliqua parte et abdomine candidi. Pili candidi in circulum paruum diſpoſiti corpus proxime ſupra caudam terminant. Cauda pallide fuſca, corpore paullo lucidior. Pars lanuginoſa caudae anterius nigra, extremo apice candida. Auriculae et pedes coloris carnei. Mammae octo remotiſſimae.

Habitat in Aegypto, in monticulis Aegyptum ab Arabia diuidentibus; in Circaſſia, Sibiriae campis Tſchikoienſibus, Argunenſibus et Ononenſibus: hic enim Iaculus quibus differat ab Aegyptio non video. An pollice retro verſo plantarum? (ſed num certe ſic?) S. G. Gmelinus autem ſibirico quinque digitos tribuit. Diſtinguit Buffonius atque Pennantus.

Solis plantis pedum incedit ſaliendo ad trium vel quatuor pedum diſtantiam. Quieſcens pedes poſteriores abdomini adplicat et ſupra genua inflexa ſedet, anteriores vero gulae admouet, qui tunc

 minime

minime conſpiciuntur. Veſcitur radicibus, gramine, Tritico, Seſamo. Terram fodit ſubterraneus. Cibum palmis ori admouet. Aquam palmis digitis incuruatis haurit. Die integro dormit, nocte ſemper vigil. Hominem non valde metuit, neque tamen perfecte cicur euadit. In Sibiria foenum ante hiemem ſecat ſiccatumque in aceruos rotundiuſculos coactum cuniculis importat. Caro Arabibus et Calmyccis eſculenta.

Ab hoc rurſus diſtinguit doctiſſimus Pallas aliam ſpeciem:

Mus Sagitta *Pallas Reiſ. II p. 706.*
Die Pfeilmaus *Müll. Naturſ. Suppl. p. 46.*
Тарбаганчикъ (Tarbaganczik) *Ruſſis in Sibiria.*
Ierboah *Arabibus* (ſecundum Pallas.)

deque ea haec addit:

» Mure Iaculo maiore longe inferior, ſed maior eiusdem varietate pygmea, et conſtantioris ſtaturae. Mole circiter Rattum domeſticum aequat. Colore, ſtructura interna, pedibus poſticis cum cauda maximis Iaculo perquam ſimilis. Diuerſus capite globoſiore, auriculis capite multo breuioribus oualibus, dentibus primoribus ſupra luteis, ſtriga profunde exaratis (quod non in Iaculo); artubus poſticis caudaque proportione breuioribus, minori quoque flocco caudam terminante. Maxime diſtinguitur plantis tridactylis et digitorum lateralium defectu plenario; digiti tres ſubtus longis pilis hirſutiſſimi, vngue medii digiti minore. Poſtica pars corporis, femoraque minus craſſa et carnoſa, vropygium quoque haud adeo longe productum quam in Iaculo. Longitudo animalculi 5 poll. 11 lin. caudae 6 poll. 5 lin. Longitudo artuum poſteriorum circiter

circiter 6 lin. At in Iaculo maiore corpus 7 poll. cauda 9 poll. artus poſtici 7 poll. 6 lin. aequant.“

„Minor haec ſpecies, vt in Arabia, ita et ad Irtin cuniculatur in arena mobili, campisque arenoſis aridiſſimis, quum contra Iaculus ſolum firmum et campos quaerat herbidos. Cuniculi caeterum ſimillimi, oblique deſcendentes ad nidum, vnde denuo canalis adſcendit, in ſuperficiem terrae non omnino peruius, per quem adpropinquante periculo, pertuſa arena auſugit animal.“

Ego quidem plures vna ſpecie hic ſubeſſe bene intelligo, quotnam autem ſint, quibusque notis differant, determinare neſcio.

giganteus. 2. I. cauda attenuata longitudine corporis.

Känguruh *Hawkesw. Seereiſ. III p.* 174 *cum fig.*

Das Känguruh: Mus Canguru *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 62 *tab.* 3 *fig.* 3 Hawkesw.

Magnitudine Ouis. Cauda fere longitudine corporis verſus apicem attenuata; in reliquis ſimilis I. orientali. Pedes . . . . . Color profunde murinus, at in capite et auriculis leporinus.

Habitat in noua Hollandia. Salit plantis inſiſtens. Caro bona, eſculenta.

torridarum. 3. I. palmis tetradactylis, plantis pentadactylis.

Mus (longipes) cauda longa veſtita, pedibus poſticis longitudine corporis flaui *Linn. muſ. Ad. Frid. I p.* 9.

Mus (longipes) cauda longa veſtita, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, femoribus longiſſimis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 62 *n.* 14.

Muis met een lange ruige Staart, de Voorpooten vier-, de Agterpooten vyf-Vingerig en zeer lang *Houtt. nat. hiſt. II p.* 488.

Mus (longipes) cauda longa veſtita, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis, femoribus longiſſimis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 84 *n.* 19.

The torrid Ierboa *Penn. ſyn. quadr. p.* 297 *n.* 224.

Der Langfuſs *Müll. Naturſ. I p.* 352.

Magnitudine M. Muſculi, vel paullo minor. Color flauus, ſubtus albicans. Caput quaſi absque collo vllo. Myſtaces longae. Auriculae nudae, ouatae. Cauda longitudine corporis, flaua, ſubpiloſa. Pedes antici breues vt in Muſculo, vnguibus quatuor. Pedes poſtici longitudine totius corporis, craſſi, robuſti, ſubnudi, vnguibus ſiue digitis quinque.

Habitat in torridis regionibus. Animal obſcurum.

Eiusdem forte ſpeciei eſt:

Mus meridianus *Pallas Reiſ. II p.* 702.

Der Langfuſs *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 42.

Magnitudo paullo ſupra Murem ſiluaticum; caput oblongius, roſtro productiore. Naſus gibbus, foſſorius, pubeſcens. Myſtaces longiſſimae. Dentes primores lutei; ſuperiores ſulco exarati crenaque inciſi. Auriculae inſignes, ouales, pubeſcentes. Corpus poſtice incraſſatum, femoribus craſiſſimis ſaltatoriis. Pedes poſteriores elongati, magni, pentadactyli. Palmae ſubpentadactylae, pollice vix vnguiculato. Volae omnium pedum villoſiſſimae. Cauda longitudine fere corporis, craſſa, teres, largiter piloſa, apice floccoſa, tota corpori concolor. Vropygium ſub cauda cum ſcroto prominentiſſimum.

tiſſimum. Color ſupra pallide fuluus, interdum ſubgriſeus, ſubtus lacteus. Sutura longitudinalis abdominis fuſca. Os pedesque alba. Longitudo corporis $4\frac{3}{4}$ poll. caudae paullulum ſupra 3 pollices.

Habitat in deſerto arenoſo verſus mare Caſpium, Iaicum et Wolgam interiacente, vbi vix quicquam creſcit praeter Pterococcum aphyllum Pallaſii, cuius forte nucleis veſcitur; et Aſtragali aliqui. Cuniculi in arena vlnari circiter profunditate, trifores.

39. SCIVRVS.

Dentes Primores vtrinque II; *ſuperiores* cuneati; *inferiores* compreſſi.

Laniarii nulli.

Pedes digitati, digitis 4-5: palmis ſaepe vnguiculus pollicaris.

Cauda longa, pilis longioribus.

vulgaris. 1. S. auriculis apice barbatis, cauda dorſo concolori.

Sciurus *Plin. hiſt. nat. VIII c.* 38 (*c.* 58 *Hard.*) *XI c.* 43 (*c.* 99 *Hard.*).

Σκιουρος *Oppian. cyneg. II,* 586.

Sciurus *Geſn. quadrup. p.* 955 *fig. p.* 956 mediocr.

Sciurus *Schwenckf. theriotr. p.* 121.

Sciurus *Aldrov. digit. p.* 396 *fig. p.* 398 mediocr.

Sciurus *Ionſt. quadrup. p.* 163.

Sciurus Eichhorn *Ionſt. quadrup. tab.* 66 fig. mediocr.

Aychhorn *Geſn. Thierb. p.* 22 *fig.* mediocr.

Sciurus *Charlet. exerc. p.* 24.

Sciurus *Sibb. Scot. an. p.* 11.

Sciurus vulgaris *Rai. ſyn. quadr. p.* 214.

Sciurus

Sciurus *Rzacz. Polon. p.* 224 *auct. p.* 320.
Sciurus ſolis palmis ſaliens *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 46.
Eichhörnlein *Riding. jagdb. Th. tab.* 20.
Die Eichhörner *Linn. Gothl. p.* 222.
Sciurus palmis ſolis ſaliens *Linn. fn. ſuec.* 1 *p.* 8 *n.* 21.
Das Eichhorn *Meyer Thiere I tab.* 97.
Sciurus palmis ſolis ſaliens *Linn. ſyſt nat.* 6 *p.* 9 *n.* 1.
Sciurus vulgaris, rubicundus *Klein. quadrup. p.* 53.
Sciurus fuſco-ſubrubens ventre albido. The reddiſh-brown Sciurus, with a white belly: the common Squirrel *Hill anim. p.* 523.
Sciurus (vulgaris) palmis ſolis ſaliens *Linn. muſ. Ad. Frid. I p.* 8.
L'Ecureuil: Sciurus (vulgaris) rufus, quandoque griſeo admixto *Briſſ. regn. an. p.* 150 *n.* 1.
Sciurus palmis ſolis ſaliens *Kram. Auſtr. p.* 314.
Das Eichhörnchen *Hall. vierf. p.* 415.
Sciurus (vulgaris) auriculis apice barbatis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 63 *n.* 1.
L'Ecureuil *Buff. hiſt. nat. VII p.* 253 *tab.* 32.
Ecureuil *Dictionn. anim. II p.* 73 cum congener.
Inkhoorn, met de Ooren aan de tippen gebaard, de Voorpooten vier-, de Agterpooten vyf-Vingerig *Houtt. nat. hiſt. II p.* 494.
Sciurus (vulgaris) auriculis apice barbatis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 13 *n.* 37.
Sciurus auriculis apice barbatis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis *Gronov. zooph. I p.* 4 *n.* 17.
The Squirrel *Penn. brit. zool. p.* 44 *cum fig.* bona.
Egerne *Pontopp. Dan. I p.* 611.
Ecureuil vulgaire *Bom. dictionn. II p.* 80.
Sciurus (vulgaris) auriculis apice barbatis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 86 *n.* 1.

Das

Das gemeine Eichhörnchen *Berl. Samml. II p.* 591.
Das Eichhörnichen *S. G. Gmelin Reiſ. I p.* 35 *tab.* 7.
Das Eichhörnchen von weiſslicher Farbe *S. G. Gmelin Reiſ. I tab.* 8.
The common Squirrel *Penn. ſyn. quadr. p.* 279 *n.* 206.
Scoiattolo *Alcſſ. quadr. II tab.* 75.
Common Squirrel *Forſter: Philoſ. transact. LXII p.* 378.
Das gemeine Eichhorn *Müll. Naturſ. I p.* 355.
Sciurus (vulgaris) auriculis apice barbatis, palmis tetradactylis, plantis pentadactylis *Müll. Dan. prodr. p.* 5 *n.* 32.
Das Eichhörnchen *Mart. Buff. vierſ. IV p.* 208 *tab.* 68.
Scoiattolo, Schiarro, Schiratto, Schiriuolo, Chiriuolo, Schiratolo *Italis.*
Harda, Arda, Hardilla, Ardilla, Eſquilo *Hiſpanis.*
Ciuro *Luſitanis.*
Ecureuil *Gallis.*
Gwiwair *Cambrenſibus.*
Eichhorn, Eichhörnchen *Germanis.*
Eichkatzl *Auſtriacis.*
Inkhoorn, Eekhoorn, Eikhoorn *Belgis.*
Squirrel *Anglis.*
Egern *Danis.*
Ikorn *Noruegis.*
Ikorn *Suecis.*
Gråſkin *Oſtrobothnienſibus.*
Orre *Lapponibus.*
Wiéwiorka *Polonis.*
Бѣлка (Bjelka), Вѣкша (Wjekſcha) *Ruſſis.*
Uluk *Tunguſis.*
Kermang *Burätis.*
Tíen *Tataris.*
Ur *Tſcheremiſſis.*
Bakſcha *Tſchuwaſchis.*

Koni

Koni *Wotiakis.*
Uru *Morduanis.*
Ur *permice.*

Oculi magni, ſplendentes, nigri. Auriculae longius barbatae. Caput, corpus, crura atque cauda ex ſplendenti rufo fuſca. Pectus et venter alba. Pedes 4-5 cum vngue pollicari in palmis. Cauda pilis longioribus diſticha, in dorſum reflexa pro vmbraculo. Mammae ſex ventrales, duae pectorales. Penis ingens, glande oſſiculo paruo fulta. Longitudo corporis 8½ poll. cauda longitudine corporis vel paullo longior.

Habitat in Europa, America boreali Aſiaque boreali et temperata, vsque adeo in Ceylonam.

Degit in ſiluis. Victitat aeſtate gemmis ramulisque arborum, praecipueque amat abietem eiusque ſtrobilos iuniores; pro hieme colligit nuces varias intra terram defodiendas. Edit erectus ſedens, palmis vtens quaſi manibus. Agilliſſimus ſalit ex arbore in arborem. Nidus globoſus e muſcis foliisque ſiccis, in arborum ramis, obturatis qua ſpiraturus eſt ventus cauernis ex alia parte aperit fores. Coit verno tempore, Martio et Aprili menſe, poſt quatuor hebdom. parit 3-5 coecos. Cortice interdum nauigat. Docilis facileque manſueſcens.

Varietates haud paucae; praecipuae hae quidem videntur cum ſuis ſynonymis:

α. Sciurus hieme caeruleſcenti-cinereus, aeſtate ruber abdomine albo.
Ponticus ſeu venetus mus, quem vulgo varium vocant *Geſn. quadr. p.* 839 *cum fig.* mediocr.

Sciurus

Sciurus varius, Varus vulgo dictus *Aldrov. digit. p.* 403.

Mus ponticus Varus vulgo dictus Popieliza, ſiue Sciurus cinereus *Aldrov. digit. p.* 405 *fig.* mediocr.

Sciuri, qui Mures Pontici et a colore varii dicuntur *Ionſt. quadrup. p.* 163.

Veeh, Mus Ponticus ſiue Venetus *Geſn. Thierb. p.* 24.

Sciuri *Scheff. Lappon. p.* 342.

Sciurus, ſiue Mus Ponticus *Charlet. exerc. p.* 24.

Mus ponticus ſeu venetus *Rzacz. auct. p.* 318.

L'Ecureuil varié: Sciurus (varius) ex candido cinereus *Briſſ. regn. an. p.* 152 *n.* 4.

Eichhörner oder Grauwerk *Müll. Samml. III p.* 517.

Das weisgraue Eichhörnchen *Berl. Samml. II p.* 603.

Popielica *Polonis.*

Primo colorem mutat in dorſo, tunc in ventre, porro in pedibus, dein in capite.

Habitat in borealibus Europae et Aſiae.

Fluſſotter *Müll. Naturſ. I p.* 262 *tab.* 14 *fig.* 1 Houtt.
Fiſchotter *Stell. Kamtſch. p.* 128.
Die Fiſchotter *S. G. Gmel. Reiſ. III p.* 285, 373.
Muſtela Lutra *Schreb. Säugth. III tab.* 126 *A* fig. propr.
Muſtela Lutra canadenſis *Schreb. Säugth. III tab.* 126 *B* fig. propr.
Muſtela (Lutra) plantis palmatis nudis, cauda corpore dimidio breuiore *Müll. Dan. prodr. p.* 2 *n.* 10.
Der Fiſchotter *Mart. Buff. vierf. IV p.* 137 *tab.* 60.

Nutria *Hiſpanis.*
Lodra, Lodria, Lontra *Italis.*
Loutre *Gallis.*
Dyſrgi *Cambrenſibus.*
Otter, Fiſchotter *Germanis.*
Otter *Belgis.*
Otter *Anglis.*
Odder *Danis.*
Otter, Slenter *Noruegis.*
Zhievres *Lapponibus.*
Utter *Suecis.*
Wydra *Polonis.*
Выдра (Wydra) *Ruſſis.*
Irgendir *Tunguſis.*
Chaleu *Burätis.*
Schank *Perſis.*
Sagif *Turcis et Armeniis.*
Tovus *Surinamenſibus.*

Longitudo corporis 23 - 26 poll. caudae 16 - 18 poll. Caput latum planumque, naſo obtuſo, craſſo, naribus lunatis. Oculi parui, naſo approximati. Auriculae breuiſſimae rotundatae. Labia craſſa. Myſtaces magnae. Dentes primores ſuperiores ſex, conferti, acuti: exterioribus duobus maioribus; inferiores minores, obtuſiores: interioribus et exterioribus lobatis. Laniarii ſolitarii magni, arcuati. Molares ſupra vtrinque quinque: poſterioribus duobus lobatis; infra vtrinque ſex. Collum abbreuiatum, craſſitie capitis. Corpus elongatum. Crura breuia atque craſſa. Digiti quinque palmati in omnibus. Cauda baſi lata, depreſſa vsque ad apicem. Mammae quatuor minutae, ventrales. Color corporis profunde fuſcus. Maculae duae paruae albae ad naſum vtrinque, aliaque infra mentum. Guttur, pectus et venter ex cinereo albicantia. Foramen ouale clauſum.

Habitat

Habitat in Europae atque Aſiae Americaeque borealis aquis dulcibus, fluuiis, ſtagnis, piſcinis, non in mari. Eſt quoque in Perſia. Victitat Piſcibus, Ranis, Cancris, hisque deficientibus herbis corticibusque arborum. Piſcinas deuaſtat. Celerrime natat atque vrinatur. Nidus ſub terra ſupra aquae ſuperficiem, aditu ſub aqua, atque ſpiraculo paruo in terrae ſuperficie. Coit februario menſe, aduocata femina ſono lento ſuſurrando. Parit martio et aprili pullos tres vel quinque. Ferox, mordet vehementer, ſed manſueſcit. Caro ſaporis piſcini.

minor. 3. L. plantis hirſutis, digitis aequalibus, ore albo.

Noerza *Agric. an. ſubt. p.* 39.

Nörtz - Wieſelein, Noertz, Nertz oder Nörtz *Geſn. Thierb. p.* 347.

The Minx *Lawſon Carol. p.* 121.

Latax; Germ. Nurtz; nobis Nurek *Rzacz. Polon. p.* 218.

The Minx *Brick. North - Carol. p.* 118.

Viuerra (Lutreola) ore albo, plantis palmatis hirſutis, digitis ſubaequalibus *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 5 *n.* 13.

Muſtela (Lutreola) plantis palmatis hirſutis, digitis aequalibus, ore albo *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 66 *n.* 3.

Norka *Rytſchk. Orenb. I p.* 237.

The leſſer Otter *Penn. ſyn. quadr. p.* 239 *n.* 174 *tab.* 21 *fig.* 2 bona.

Eine kleine Art von Ottern *Pallas Reiſ. I p.* 96.

Leſſer Otter *Forſter: Philoſ. tranſact. LXII p.* 371.

Die Sumpfotter *Müll. Naturſ. I p.* 264.

Muſtela Lutreola *Schreb. Säugth. III tab.* 127. fig. Pennanti.

Steinhund *circa Goettingam.*

Mænk *Suecis.*

Tichuri *Fennis.*
Nurek *Polonis.*
Норка (Norka) *Ruſſis.*
Iackaſh *ad fretum Hudſonis.*

Statura Lutrae vulgaris, ſed triplo minor. Corpus fulvo-fuſcum: pilis breuioribus flaueſcentibus; longioribus nigris. Auriculae ſubrotundae. Os album. Lingua tecta papillis mollibus. Dentes laniarii ſupra duo approximati vtrinque, poſtico graciliore. Molares ſupra tres, poſtico tranſuerſo. Vertex caneſcens pilis albis immixtis. Pedes palmati pentadactyli. Vngues non retractiles. Cauda in acumen attenuata, veſtita pilis paullo longioribus.

Habitat in Europa paſſim, in Sibiria Americaque boreali; amat praecipue loca aquoſa. Victitat piſcibus, ranis, inſectis aquaticis, carne. Foetet. Mores Lutrae vulgaris. Pellis bona.

42. MVSTELA.

Dentes Primores Superiores VI, erecti, acutiores, diſtincti.
Inferiores VI, obtuſiores, conferti: duo interiores.
Lingua laeuis.
Pedes fiſſi, pentadactyli.

barbara. 1. M. atra, collo ſubtus macula alba triloba.

Muſtela maxima atra moſchum redolens. Tayra. groſſe Belette *Barr. Fr. équ. p.* 155.

Muſtela (Barbara) pedibus fiſſis, atra, collo ſubtus macula alba triloba *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 46 *n.* 4.

Zwarte

Zwarte Wezel, onder aan den Hals met eene witte drielobbige Vlak *Houtt. nat. hiſt. II. p.* 193.

Muſtela (Barbara) pedibus fiſſis, atra, collo ſubtus macula alba triloba *Linn. ſyſt. nat.* 12. *I p.* 67 *n.* 4.

The Guiana Weeſel *Penn. ſyn. quadr. p.* 225 *n.* 161.

Der ſchwarze Wieſel *Müll. Naturſ. I p.* 265.

Corpus ſtatura Martis, nigrum, pilis rigidioribus. Auriculae rotundae, villoſae. Area cineraſcens ante oculos. Macula ſub medio collo, non ſub gula, albida. Mammae quatuor pone vmbilicum.

Habitat in Braſilia et Guiania. Adfricat arboribus materiam vnctuoſam odore Moſchi.

Galera. 2. M. tota fuſca.

Vondſira *Flaccurt Madag. p.* 154.

Koekeboe *Boſſm. Guin. p.* 299.

Galera ſubfuſca, cauda elongata, oculis nigris, auribus ſubnudis appreſſis *Brown. Iam. p.* 485 *tab.* 29 *fig.* 1 bona.

Vond-ſira *Bom. dictionn. IV p.* 629.

Le Vanſire *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 167 *tab.* 21.

Le Tayra ou le Galera *Buff. hiſt. nat. XV p.* 155.

The Madagaſcar Weeſel *Penn. ſyn. quadr. p.* 224 *n.* 158.

The Guinea Weeſel *Penn. ſyn. quadr. p.* 225 *n.* 160.

Vanſiro *Alkeſſ. quadrup. IV tab.* 159 *fig.* 2 Buff.

Muſtela Galera *Schreb. Säugth. III tab.* 135 fig. Buff.

Voang-Shira *in Madagaſcar.*

MVSTELAE genus corpore elongato pedibusque breuibus eſt, currit trunco incuruato, ſcandit arbores, ſalit ex arbore in arborem. Inteſtina habet maxime breuia et ſimplicia.

Longitudo corporis 13 poll. caudae fere 10 poll. Roſtrum productum, ſubacutum, barbatum, maxilla inferiore longe breuiore. Dentes primores ſuperiores ſex, ſubcompreſſi, acuti, exteriores paullo maiores. Inferiores totidem conſimiles ſubcompreſſi et ſubobtuſi, laniariis approximati. Laniarii ſuperiores conici. Lingua retrorſum aculeis ſcabra. Caput oblongum. Oculi oblongo-rotundati, medio inter aures et apicem roſtri locati. Auriculae breues, compreſſae, ſemiellipticae, reniformes, humanis fere ſimiles. Pedes lacertoſi, validi, foſſorii, antici breuiores, metatarſis oblongis, digitis 5-5. Cauda conico-cylindracea producta, attenuata, recta, declinata. Mammae duae inguinales. Pili totius corporis baſi fuſci, ſupra nigro et ferrugineo annulati. Cauda corpori concolor.

Habitat in Guinea et Madagaſcar; fodit ſubterranea.

Idem animal putat Buffonius:

De Iavaanſche Wezel *Valent. Amb. III p. 279.*
Muſtela Iauanica *Seb. theſ. I p. 77 tab. 48 fig. 4.*
Muſtela Iauanica, Koger Angan dicta *Klein. quadrup. p. 64.*
Le Furet de Iava: Muſtela (Viuerra Iauanica) ſupra rufa, infra dilute flaua, caudae apice nigricante *Briſſ. regn. an. p. 245 n. 5.*
Die Iavaniſche Wieſel *Hall. vierf. p. 460.*
Furet de Iava *Dictionn. anim. II p. 230.*
Kager Angan *Iauanenſibus.*

Magnitudo Furonis. Caput obſcure ſpadiceum. Dorſum rufum. Venter pallide flauus. Caudae apex niger.

Habitat

Habitat in Iaua. Fodit terram talparum more. Praedatur Mures, Columbas.

canadenſis. 3. M. corpore fuluo-nigricante, pectore macula alba.

Le Pitoi *Charlev. nouv. Fr. III p.* 134?

Les Pekans *Charlev. nouv. Fr. III p.* 134.

Le Viſon: Muſtela (Viſon) pilis coloris ſaturate caſtanei in toto corpore veſtita *Briſſ. regn. an. p.* 246 *n.* 6.

Viſon *Dictionn. anim. IV p.* 557.

Pekan *Bom. dictionn. III p.* 401.

Viſon *Bom. dictionn. IV p.* 615.

Le Pekan *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 304 *tab.* 42.

Le Viſon *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 304 *tab.* 43.

The Pekan *Penn. ſyn. quadr. p.* 234 *n.* 159.

Pekano *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 155 *fig.* 1 Buff.

Viſone *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 155 *fig.* 2 Buff.

Muſtela canadenſis *Schreb. Säugth. III tab.* 134 fig. propr.

Paullo minor Marte, cui ſimilis, longitudine corporis 17 poll. caudae 7 poll. Caput myſtacibus longis. Auriculae ſubacutae. Totum corpus pilis ſplendentibus ſaturate caſtaneis, baſi cinereis. Macula alba inter crura antica. Digiti tecti pilis denſis ſupra et infra. Vngues acuti. Cauda colore profundiore ac corpus.

Habitat in America boreali. Forte varietas eſt Martis et Foinae in vnicam ſpeciem contrahendae cum M. barbara.

Martes. 4. M. corpore fuluo-nigricante, gula flaua.

Martes in arboribus *Agric. an. ſubt. p.* 38.

Martes ſilueſtres *Geſn. quadrup. p.* 865 *cum fig.* mediocr.

Martes arborea *Schwenckf. theriotr. p.* 110.

Martes *Aldrov. digit. p.* 331.

Martes ſilueſtris *Ionſt. quadrup. p.* 156.

Martes *Ionſt. quadrup. tab.* 64 fig. mal.

Martes. Marter *Ionſt. quadrup. tab.* 64 fig. mediocr.

Ein Marder *Geſn. Thierb. p.* 345 *cum fig.* mala.

Mardures *Scheff. Lappon. p.* 341.

Martes *Charlet. exerc. p.* 20.

Martes *Wagn. Helvet. p.* 181.

Martes *Sibb. Scot. an. p.* 11.

Martes abietum *Rai. ſyn. quadr. p.* 200.

Martes *Rzacz Polon. p.* 222 *auct. p.* 314.

Martes *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 44.

Marder *Riding. jagdb. Th. tab.* 19.

Les Martres *Charlev. nouv. Fr. III p.* 134.

Muſtela fuluo-nigricans, gula pallida *Linn. fn. ſuec.* I *p.* 3 *n.* 7.

Der Feldmarder oder Baummarder *Meyer Thiere II tab.* 5.

Muſtela fuluo-nigricans, gula pallida *Linn. ſyſt nat.* 6 *p.* 5 *n.* 2.

Muſtela Martes abietum, Baum-Marter *Klein. quadrup. p.* 64.

Muſtela fuluo-nigricans gula pallida. The blackiſh brown Muſtela, with a pale throat: the Martin *Hill anim. p.* 546 *tab.* 27 fig. mediocr.

La Marte: Muſtela (Martes) pilis in exortu e cinereo albidis, caſtaneo colore terminatis, veſtita, gutture flauo *Briſſ. regn. an. p.* 247 *n.* 8.

Muſtela fuluo-nigricans, gula pallida *Kram. Auſtr. p.* 311.

Baummarder *Hall. vierf. p.* 457.

Muſtela (Martes) plantis fiſſis, corpore fuluo-nigricante, gula pallida *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 46 *n.* 5.

v. Wildungen Taschenbuch a. 1800. c. fig.

Marder

Marder *Müll. Samml. III p.* 515.
La Marte *Buff. hiſt. nat. VII p.* 186 *tab.* 22.
Marte *Dictionn. anim III p.* 37.
Marter: Weezel met geſpleeten Voetzoolen, geelagtig bruin over 't Lyf, aan de Keel bleek *Houtt. nat. hiſt. II p.* 193.
Muſtela (Martes) pedibus fiſſis, corpore fuluo-nigricante, gula pallida *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 6 *n.* 15.
The yellow breaſted Martin *Penn. brit. zool. p.* 39.
Maar *Pontopp. Dan. I p.* 610.
Marte *Bom. Dictionn. III p.* 40.
Muſtela (Martes) pedibus fiſſis, corpore fuluo-nigricante, gula pallida *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 67 *n.* 6.
Muſtela Martes *Forſter: Philoſ. transact. LVII p.* 342.
The pine Martin *Penn. ſyn. quadr. p.* 216 *n.* 155.
Martora *Aleſſ. quadrup. II tab.* 69 fig. Buff.
Pine Martin *Forſter: Philoſ. transact. LXII p.* 372.
Der Marder *Müll. Naturſ. I p.* 267.
Muſtela Martes *Schreb. Säugth. III tab.* 130 fig. propr.
Muſtela (Martes) pedibus fiſſis, corpore fuluo-nigricante, gula pallida *Müll. Dan. prodr. p.* 3 *n.* 12.
Der Feldmarder *Mart. Buff. vierf. IV p.* 156.
Das Mart. Hausmarder *Mart. Buff. vierf. IV tab.* 61.
Marta *Hiſpanis.*
Marta *Luſitanis.*
Marta, Martura, Martora, Martorello *Italis.*
Marte *Gallis.*
Belagoed *Cambrenſibus.*
Feldmarder, Wildmarder, Baummarder *Germanis.*
Edlmarder *Auſtriacis.*
Marter *Belgis.*
Martin, Martlet *Anglis.*
Maar *Danis.*
Mård *Suecis.*
Nætte *Lapponibus.*

Kuna *Polonis.*
Куница (Kunitza) *Ruſſis.*
Suſar *Tataris.*
Lui *Tſcheremiſſis.*
Suwſàr *Tſchuwaſchis.*
Tſchinäma *Morduanis.*
Tulàn *Sirjänice.*

Longitudo corporis 18-19 poll. caudae 10 poll. Auriculae breues, rotundatae. Oculi fulgidi. Naſus prominens. Maxilla ſuperior obtuſa. Dentes ſuperiores primores ſex paralleli, parui, obtuſo-acuti; laniarii ſolitarii, maximi, ſpatio remoti; molares quinque: tribus anterioribus ſimplicibus minoribus, reliquis duobus ſpatio remotis. Inferiores primores ſex: duobus mediis retuſis, minimis, obtuſis; laniarii ſolitarii, maximi, cum primoribus paralleli; molares vti ſuperiores. Lingua longa, laeuis, tecta papillis acutis, mollibus, retro ſpectantibus. Pedes pentadactyli digitis ſubaequalibus, vndique villoſi, ſemipalmati, pollice paullo breviore. Cauda piloſa. Totum corpus pilis profunde caſtaneis, pulchris, ſplendentibus, gula pectoreque flauis.

Habitat in borealibus Europae, Aſiae, Americaeque, rarior in Anglia atque Gallia. Degit in ſiluis antiquis, praecipue pinetis, nunquam ad domos. Edit auiculas, ſciuros, mures, talpas. Nidum parat in ſummis abietibus, occupat quoque nidum Sciuri. Parit duo vel tres. Excrementa odore moſchi.

Foina. 5. M. corpore fuluo-nigricante, gula alba.
Martes in ſaxis *Agric. an. ſubt. p.* 38.
Martes domeſticae *Geſn. quadrup. p.* 865 *cum fig.* mediocr.

Martes

Martes ſaxatilis *Schwenckf. theriotr. p.* 110.
Martes domeſtica *Aldrov. digit. p.* 332.
Martes domeſtica *Ionſt. quadrup. p.* 156.
Martes Fagorum, Gallis Foynae *Rai. ſyn. quadr. p.* 200.
Martes *Rzacz. Polon. p.* 222 *auct. p.* 314.
Der Steinmarder oder Buchmarder *Meyer Thiere II tab.* 4.
Martes ſaxorum non fagorum ſeu domeſticus, Steinmarter *Klein. quadrup. p* 64.
La Fouine: Muſtela (Foyna) pilis in exortu albidis, caſtaneo colore terminatis, veſtita, gutture albo *Briſſ. regn. an. p.* 246 *n.* 7.
Der Steinmarder *Hall. vierf. p.* 459.
La Fouine *Buff. hiſt. nat. VII p.* 161 *tab.* 18.
Fouine *Dictionn. anim. II p.* 200.
The Martin *Penn. brit. zool. p.* 38 *cum fig.* bon.
Fouine *Bom. dictionn. II p.* 232. v. Wildungen Taſchenb. 1800. f.
The Martin *Penn. ſyn. quadr. p.* 215 *n.* 154.
Foina *Aleſſ. quadrup. II tab.* 68 fig. Buff.
Der Marter *S. G. Gmelin Reiſ. III p.* 370.
Muſtela Foina *Schreb. Säugth. III tab.* 129 fig. propr.
Der Hausmarder *Mart. Buff. vierf. p.* 147 *tab.* 61 *a.*
Fuina *Hiſpanis.*
Foina, Fouina *Italis.*
Fouine *Gallis.*
Bela graig *Cambrenſibus.*
Hausmarder, Steinmarder, Marder *Germanis.*
Marter *Belgis.*
Martin *Anglis.*

Paullo minor praecedente longitudine corporis $16\frac{1}{2}$ poll. caudae 8-9 poll. Valde ſimilis Martis, vt adeo eius varietatem credant plerique auctores. Differt capite paullo longiore, pedibus breuioribus; gula pectoreque albis, pelle minus pulchra.

Habitat

Habitat in Europa inque Perſia, in ſiluis et circa domos. Vulgaris in Gallia et Anglia, Scotiae exul rariorque in borealibus. Edit gallinas aliaque animalia minora. Parit in cauis arboribus inque rudetis pullos quatuor vel ſex. Manſueſcit.

ſarmatica. 6. M. fuſco luteoque varia.

Animal idiomate ruſſico Perewiąſka *Rzacz. Polon. p.* 222.

Muſtela praecincta *Rzacz. Polon. p.* 328.

Peregufna, noua Muſtelae ſpecies *Güldenſtädt: Nou. comm. petrop. XIV p.* 441 *tab.* 10.

Muſtela ſarmatica *Pallas Reiſ. I p.* 453.

Tiger-Iltis *Pallas Reiſ. I p.* 175.

Muſtela Sarmatica *Schreb. Säugth. III tab.* 132 fig. Güldenſt.

Der Sarmatier *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 33.

Przewiaſka *Polonis.*

Перегузня (Pereguzna) *Ruſſis.*

M. Putorio aliquantum minor, cui ſimilis. Longitudo corporis $13\frac{1}{2}$ poll. caudae $6\frac{1}{2}$ poll. Caput triangulare, depreſſum. Roſtrum vltra labium prominens, acuminatum, nudum, nigrum, medio carinatum. Nares amplae, recuruae. Oris apertura ſat ampla, triangularis, infra oculos vsque extenſa. Labium ſuperius integrum, laxum, craſſum, piloſum, pendulum, dentes non tegens. Lingua lata, vix ex ore producenda, carnoſa, apice rotundato, ſubmembranaceo, ſuperne papillis retrorſum acuminatis confertiſſime obſita et albicans; inferne rubra, glabra, frenulo laxiſſimo muſculoſo. Dentes primores ſuperiores ſex paralleli, teretes, acuminati, approximati, extimo vtrinque craſſiore et tantillo longiore; inferiores ſex breuiſſimi, quatuor maioribus obtuſis, ſubtuberculoſis, intermediis duobus tantillum interius ſitis; duoque minimi granula referentes

rentes ante interſtitium dentium duorum maiorum intermediorum ſiti. Laniarii ſuperiores ſolitarii, a primoribus parum remoti molaribusque approximati; primoribus quadruplo maiores, conici, leuiſſime incurui, exterius obſolete ſtriati. Laniarii inferiores ſolitarii, vix a primoribus remoti, figura et magnitudine ſuperiorum. Molares ſupra vtrinque quatuor: primo minimo vix extra gingiuas prominente, obtuſo; ſecundo paullulum maiore, exterius acuminato; tertio omnium maximo, longitudinaliter extenſo, bicuſpidato; quarto transuerſaliter extenſo, breui, rugoſo. Molares infra vtrinque quinque, laniariis approximati: primo obtuſo; ſecundo et tertio maiore acuminato; quarto omnium maximo tricuſpidato, denticulo intermedio productiore; quinto primo ſimili. Myſtaces quinque ordinum in labio ſuperiore: ordinis ſuperioris ſetis a reliquis remotioribus in eadem cum oculis linea, ſurſum ſpectantibus, breuibus; reliquis deorſum flexis, inaequalibus, longiſſimis aures attingentibus. Setae ſupra oculum ad canthum anteriorem fere decem: duabus longioribus. Infra oculum pone canthum poſteriorem ſetae duae: ſuperiore longiore. Pone ſinum oris ſetae duae, longae, deorſum declinatae; in mento plures detritae. Oculi in medio lineae a naribus ad aures ductae poſiti, laterales, parui, profundi, elliptici; cantho anteriore acutiſſimo. Palpebrarum margo nudus. Membrana nictitans ad canthum anteriorem obſoleta, albicans. Irides et pupillae nigrae. Auriculae laterales, erectae, rotundae, amplae, breues, piloſae. Collum breue, vix capite anguſtius. Truncus elongatus, cylindricus, vix collo craſſior. Pedes trunco fere triplo breuiores, ſubaequales, poſterioribus aliquantum longioribus, omnes calcaneis incedentes. Palmae plantaeque pentadactylae piloſae, ſubtus verrucis quatuor nudis.

dis. Digiti fiſſi, palmarum longiores, pollice reliquis inter ſe fere aequalibus dimidio breuiore, digito quinto itidem breuiore. Vngues compreſſi, vncinati, acuminati, flauicantes, in palmis longiores; ſed vnguis primi plantarum latior, obtuſior, breuior reliquis. Cauda teres, attenuato-acuminata, piloſa, pilis baſin verſus longioribus. Pili corporis confertiſſimi, decumbentes, absque ſuturis et lanugine, rigidiuſculi, vix ſemipollice longiores; in capite breuiores, in cauda longiores. Caput nigrum: omni oris circumferentia, faſcia frontali infra aures extenſa, auricularumque ambitu et vertice medio albis. Truncus ſupra et ad latera brunneo luteoque varius, regione interſcapulari fere tota brunnea. Maculae luteſcentes hieme pallidiores euadunt et albeſcunt. Truncus ſubtus et pedes toti aterrimi. Caudae pili elongati baſi cineraſcentes, medio nigri, apice albidi; pili breuiores apicis caudae baſi cinerei, apice nigri. Pili omnes nitentes. Vmbilicus nullus. Mammae duodecim abdominales et inguinales, papillis minimis vix conſpicuis. Teſticuli extus non apparentes. Glans penis oſſiculo fulta. Odor empyreumaticus. Veſica fellea magna. Clauiculae nullae. Coſtae vtrinque ſeptemdecim.

Habitat in campis Tanaicenſibus, paſſim et in Polonia et Volhynia, victitans imprimis gliribus et muribus voraciſſima. Noctu praeſertim vagatur, interdiu latitans in cauernis ab aliis animalibus effoſſis, quamuis et ipſa fodiat. Arbores vix ſcandit. Agiliſſima, iracunda, irata acute fremitans, alias vix ſonum edens, caudam ſurſum et dorſum verſus pilis erectis flectens, magis ac antea foetens, caputque erigens. Vix manſueſcit. Coit verno tempore,

pore, parit poſt menſes duo catulos quatuor ad octo, validos et oculatos.

Putorius. 7. M. flauo-nigricans, ore auricularumque apicibus albis.

Silueſtris muſtela ἴκτις *Agric. an. ſubt. p.* 37.
Putorius *Geſn. quadrup. p.* 868 *cum fig.* mala.
Putorius *Schwenckf. theriotr. p.* 120.
Putorius *Aldrov. digit. p.* 329 *fig. p.* 330 mala.
Putorius *Ionſt. quadrup. p.* 154.
Putorius Iltis *Ionſt. quadrup. tab.* 64 fig. mala.
Ein Iltis *Geſn. Thierb. p.* 346 *cum fig.* mala.
Putorius *Charlet. exerc. p.* 20.
Putorius, Viuerra *Wagn. Heluet. p.* 182.
Putorius *Sibb. Scot. an. p.* 11.
Putorius *Rai. ſyn. quadr. p.* 199.
Putorius *Rzacz. Polon. p.* 236 *auct. p.* 329.
Putorius *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 44.
Der Iltnis *Riding. jagdb. Th. tab.* 20.
Muſtela flaueſcente nigricans, ore albo, collari flaveſcente *Linn. fn. ſuec.* 1 *p.* 3 *n.* 8.
Der Iltis *Meyer Thiere II tab.* 6 fig. bona.
Muſtela flaueſcente nigricans, ore albo, collari flaueſcente *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 5 *n.* 3.
Muſtela foetida. Putorius. Iltis. Teufelskind *Klein. quadrup. p.* 63.
Muſtela flaueſcente-nigricans ore albo, collari flavo. The yellowiſh-black Muſtela, with a white mouth, and a yellow collar: the Pole-cat *Hill anim. p.* 347.
Le Putois: Muſtela (Putorius) pilis in exortu ex cinereo albidis, colore nigricante terminatis, veſtita, oris circumferentia alba *Briſſ. regn. an. p.* 249 *n.* 10.
Muſtela flaueſcente nigricans, ore albo collari flaueſcente *Kram. Auſtr. p.* 312.

Der

Der Iltis, Stinkthier *Hall. vierf. p.* 456.

Muſtela (Putorius) plantis fiſſis; corpore flauo nigricante, ore auriculisque albis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 46 *n.* 6.

Le Putois *Buff. hiſt. nat. VII p.* 199 *tab.* 23.

Putois *Dictionn. anim. III p.* 626.

Bontſem: Wezel met geſpleeten Voetzoolen, het Lyf zwartagtig geel, de Bek en Oorlapjes with *Houtt. nat. hiſt. II p.* 200.

Muſtela (Putorius) pedibus fiſſis, corpore flauo-nigricante, ore auriculisque albis *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 6 *n.* 16.

The Polecat *Penn. brit. zool. p.* 37 *cum fig.* bona.

Ilder *Pontopp. Dan. I p.* 611.

Putois *Bom. dictionn. III p.* 674.

Muſtela (Putorius) pedibus fiſſis, corpore flauo nigricante, ore auriculisque albis *Linn. ſyſt nat.* 12, *I p.* 67 *n.* 7.

Muſtela Putorius *Forſter: Philoſ. transact. LVII p.* 342.

The Polecat *Penn. ſyn. quadr. p.* 213 *n.* 152.

Puzzolente *Aleſſ. quadrup. II tab.* 72 fig. Buff.

Der Iltis *Müll. Naturſ. I p.* 269.

Muſtela Putorius *Schreb. Säugth. III tab.* 131 fig. propr.

Muſtela (Putorius) pedibus fiſſis, corpore flauo nigricante, ore auriculisque albis *Müll. Dan. prodr. p.* 3 *n.* 13.

Der Iltis *Mart. Buff. vierſ. IV p.* 169 *tab.* 63.

Putoro *Hiſpanis.*

Foetta, Puzolo, Puzzolente *Italis.*

Putois *Gallis.*

Ffwlbard *Cambrenſibus.*

Iltis, Ulk, Bentſing *Germanis.*

Bontſem *Belgis.*

Polecat, Fitchet, Fummer *Anglis.*

Ilder *Danis.*

Iller

Iller *Scanis.*
Boaaid, Boitta; Goa-aige (*mas*) Gaa-fé (*femina*) *Lapponibus.*
Tchorz *Polonis.*
Ласица (Laſitza), Ласочка (Laſoczka) *Ruſſis.*

Longitudo corporis 17 pollicum, caudae 6 poll. Auriculae breues, latae, ſubrotundae. Naſus acutus. Crura breuia. Totum corpus ex flauo nigricans, circumferentia oris et apice aurium albis. Cauda nigra, valde piloſa.

Habitat inter Europae temperatae, non frigidae, rupes et lapidum aceruos circa domos. Noctu praedatur Cuniculos, Gallinas, Auiculas, Oua. Ano halitu foetidiſſima. Curſu celer. Coit vere paritque quinque ad ſex.

Furo. 8. M. corpore pallide flauo.
Ικτις *Ariſt. hiſt. anim. IX c. 9 n. 108.*
Viuerra *Plin. hiſt. nat. VIII c. 55 (c. 81 Hard.).*
Muſtela ſilueſtris *Plin. hiſt. nat. XXIX c. 4 (c. 16 Hard.).*
Viuerra *Agric. an. ſubt. p. 40.*
Muſtela ſilueſtris *Geſn. quadrup. p. 862.*
Viuerra vel muſtela ruſtica, Ictis *Geſn. quadrup. p. 862.*
Furo *Geſn. quadrup. p. 863 fig. p. 862.*
Ictis *Geſn. quadrup. p. 864.*
Muſtela ſilueſtris *Aldrov. digit. p. 325 fig. p. 327* mediocr.
Muſtela ſilueſtris *Ionſt. quadrup. p. 154.*
Frett, Frettel oder Furettel *Geſn. Thierb. p. 344 cum fig.* mediocr.
Viuerra *Charlet. exerc. p. 20.*
Viuerra *Sibb. Scot. an. p. 11.*
Muſtela ſilueſtris Viuerra dicta *Rai. ſyn. quadr. p. 198.*

Muſtela ſilueſtris *Rzacz. Polon. p.* 235.
The Ferret *Shaw trav. p.* 249.
Viuerra *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 44.
Das Frettel *Meyer Thiere II tab.* 22.
Muſtela ſilueſtris Viuerra dicta *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 5 *n.* 4.
Muſtela Viuerra dicta *Klein. quadrup. p.* 63.
Muſtela albido-flaueſcens capite depreſſo: The yellowiſh-white Muſtela, with a flatted head: the Ferret *Hill anim. p.* 548.
Le Furet: Muſtela (Viuerra mas) pilis ſubflauis, longioribus caſtaneo colore terminatis veſtita. (Viuerra foemina) pilis ex albo ſubflauis *Briſſ. regn. an. p.* 244 *n.* 3.
Das Fret oder der Kaninchenjäger, Kaninchenwieſel *Hall. vierf. p.* 456.
Muſtela (Furo) plantis fiſſis, oculis rubicundis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 46 *n.* 7.
Le Furet *Buff. hiſt. nat. VII p.* 209 *tab.* 26.
Le Furet Putois *Buff. hiſt. nat. VII tab.* 25.
Furet *Dictionn. anim. II p.* 229.
Fret: Wezel met geſpleeten Voetzoolen, de Oogen roodagtig *Houtt. nat. hiſt. II p.* 203.
Fritter *Pontopp. Dan. I p.* 612.
Muſtela (Furo) pedibus fiſſis, oculis rubicundis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 68 *n.* 8.
The Ferret *Penn. ſyn. quadr. p.* 214 *n.* 153.
Furetto *Aleſſ. quadrup. II tab.* 71 fig. Buff.
Furetto puzzolente *Aleſſ. quadrup. II tab.* 73 fig. Buff.
Der Kaninchenwieſel *Müll. Naturſ. I p.* 271.
Muſtela Furo *Schreb. Säugth. III tab.* 133 fig. propr.
Das wilde Wieſel *Mart. Buff. vierf. IV p.* 177 *tab.* 64.
Das gelbe Wieſel *Mart. Buff. vierf. IV tab.* 65.
Huron *Hiſpanis.*
Forão, Foram *Luſitanis.*
Furetto, Donnola *Italis.*

Furet

Furet *Gallis.*
Frett, Frettel. *Germanis.*
Fret *Belgis.*
Ferret *Anglis.*
Fritt *Danis.*
Laská, Laśica lésna *Polonis.*
Nimſe *in Barbaria.*

Putorio minor, corpore 14 poll. longo, cauda $5\frac{1}{2}$ poll. Naſus acutiſſimus. Auriculae rotundatae, arrectae, patulae, breues. Oculi rubicundi. Color corporis pallidiſſime flauus, in mare obſcurior. Femina minor eſt.

Habitat in Africa, olim in Hiſpaniam translata ad deſtruendos Cuniculos, nunc et in reliqua Europa, paſſimque domeſtica pro cuniculi venatione. Victitat cuniculis, quorum ſanguinem potat, raro carnem dilacerat. Agilis. Vterum fert 6 hebdom. paritque 5-9. Manſueſcit. Foetet vt Putorius.

Coit cum Putorio, negante id quidem Buffonio; atque ex hoc parit pullos obſcurioris coloris; num forte huius varietas?

Zibellina. 9. M: corpore obſcure fuluo, fronte exalbida, gutture cinereo.

Zobela *Agric. an. ſubt. p.* 39.
Muſtela Sobella *Geſn. quadrup. p.* 869.
Muſtela Zibellina dicta *Aldrov. digit. p.* 335.
Muſtela Zibellina *Ionſt. quadrup. p* 156.
Muſtela Zobela, Zobelwieſelein, Zobel *Geſn. Thierb. p.* 347.
Sebellinae *Scheff. Lappon. p.* 343.
Muſtela Zibellina, Ariſtoteli Satherius, Nipho Cebalus, Alciato Mus Sarmaticus et Scythicus *Charlet. exerc. p.* 20.

Muſtela Zibellina *Rai. ſyn. quadr. p.* 201.
Muſtela Sobella *Rzacz. Polon. auct. p.* 317.
Zobeln oder Sobeln *Strahlenb. Aſ. p.* 430.
Muſtela Zibellina *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 44.
Muſtela Zibellina *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 5 *n.* 7.
Muſtela Zibellina *Klein. quadrup. p.* 64.
Kankaragaiſche Zobel *I. G. Gmelin Sibir. I p.* 253?
Zobel *I. G. Gmelin Sibir. I p.* 391.
Muſtela fulua auribus cineraſcentibus. The brown Muſtela, with grey ears: the Sable *Hill anim. p.* 548.
Muſtela Zibellina *I. G. Gmelin: Nov. comment. petrop. V p.* 338 *tab.* 6.
La Marte Zibelline: Muſtela (Martes Zibellina) obſcure fulua, gutture cinereo *Briſſ. regn. an. p.* 248 *n.* 9.
Der Zobel *Hall. vierf. p.* 459.
Muſtela (Zibellina) plantis fiſſis, corpore obſcure fuluo, fronte exalbida, gutture cinereo *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 46 *n.* 8.
Der Zobel *Müll. Samml. III p.* 495.
Zibeline *Dictionn. anim. IV p.* 589.
Sabeldier: Wezel met de Voetzoolen geſpleeten, het Lyf donker vaal, voor op den Kop witagtig, aan de Keel Aſchgraauw *Houtt. nat. hiſt. II p.* 204.
Zibeline *Bom. dictionn. IV p.* 650.
La Zibeline *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 309.
Muſtela (Zibellina) pedibus fiſſis, corpore obſcure fuluo, fronte exalbida, gutture cinereo *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 68 *n.* 9.
The Sable *Penn. ſyn. quadr. p.* 217 *n.* 156.
Der Zobel *Müll. Naturſ. I p.* 272.
Zobel *Stell. Kamtſch. p.* 119.
Marta Cebellina, Marta Cevellina *Hiſpanis.*
Forão de Scythia *Luſitanis.*
Zibellino *Italis.*
Marte Zibelline *Gallis.*

Zobel,

Zobel, Zobelthier *Germanis.*
Sabeldier *Belgis.*
Sable *Anglis.*
Sabbel *Suecis.*
Sobol *Polonis.*
Соболь (Sobol') *Ruſſis.*
Недособоль (Nedoſobol') animal aeſtate vel autumno captum pelle viliore *Ruſſis.*
Kaltan *in Krasnojarsk.*
Kyſch *Bulgaris.*
Bulgan *Calmyccis.*
Bula *Burätis.*
Kymich Chym, Chymchymka *Kamtſchadalis.*
Kuiſch *Tataris.*
Lumuſch *Tſcheremiſſis.*
Stör *Wotiakis.*
Sobol *Morduanis.*
Nîſch *Sirjänice.*

Longitudo corporis 18 poll. caudae 12 poll. femina paulo minore. Color fuluo-obſcurus gutture cinereo, anteriore capitis parte et auriculis rotundatis ex albido cinereis. Vibriſſae ad ſupercilia, nares, os, longiſſimae: Cauda longius piloſa. Vngues albi.

Variat rariſſime colore albo aut flauicante.

Habitat in Aſia ſeptentrionali, Tataria, Sibiria vsque in Kamtſchatkam, vbi hodie rarior. Raro quoque in Lapponia occurrit. Degit in ſiluis antiquis deſertis. Latet in terrae caueis aut ſub arborum radicibus; interdum nidum parat in arboribus vti Martes. Salit egregie ex arbore in arborem. Agillima, praecipue noctu, die dormit. Pugnat cum ipſo Cato. Victitat aeſtate Ermineis, Sciuris, Lepo-

Leporibus; autumno baccis; hieme auiculis. Excrementa peſſime olent. Parit fine Martii et initio Aprilis menſis catulos tres ad quinque, quos lactat per quatuor aut quinque hebdomades.

Ob pellem pretioſiſſimam capitur a Nouembri menſe in Februarium vsque. Maxime aeſtimatur nigra, piloſiſſima. Optimae capiuntur circa Nertſchinsk et Iakuzk. Laqueum quo capitur animal deſcribit depingitque *Pallas Reiſ. II p. 227 tab. 7.*

Pennanti. 10. M. corpore nigro, lateribus fuſcis.
The Fiſcher Weeſel *Penn. ſyn. quadr. p.* 223 *n.* 157.

Longitudo corporis 28 pollicum, caudae 17 poll. Auriculae latae, rotundatae, nigricantes, albo marginatae. Naſus niger. Vibriſſae magnae, ſetoſae. Facies collique latera pallide fuſca ſiue cinerea nigro admixto. Dorſum, venter, crura et cauda nigra, baſi fuſceſcente. Latera fuſca. Pedes lati, vsque ad volas piloſi. Digiti poſtice ſaepe quatuor. Vngues acuti, fortes, curuati, albi. Crura anteriora poſticis breuiora. Cauda pilis longis.

Habitat in America boreali, vulgaris, victitans quadrupedibus minoribus. Pennanto eiusdem cum Zibellina ſpeciei eſſe videtur.

ſibirica. 11. M. fulua palmis plantisque hirſutiſſimis.
Eine noch nicht beſchriebene Wieſelart *Pallas Reiſ. II p.* 570.
Muſtela ſibiria *Pallas Reiſ. II p.* 701.
Die ſibiriſche Wieſel *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 34.
Кулонокъ (Kulonnok), Хорокъ (Chorok) *Ruſſis.*
Kulon *Tataris.*

Nonno

Nonno *Tunguſis.*
Scholongo *Burätis.*

Magnitudo fere Putorii, ſed forma potius Ermineae; longiores tamen pedes ſunt et cauda. Roſtrum ad oculos vsque nigrum, ſed circa nares album, guttatum verſus oculos. In reliquo toto corpore color intenſe fuluus, ſubuniformis, tamen ſubtus et verſus caput paullo dilutior. Gula ſaepe guttis albis adſperſa. Palmae plantaeque ſubtus hirſutiſſimae, cano-argentatae. Cauda dimidia animalis longitudine, villoſiſſima, intenſiore quam dorſum colore. Vellus vbique laxius longiusque quam in Putorio vel Furone. Longitudo corporis 12 pollicum, caudae 6 poll. ſed dantur minores.

Habitat in Sibiriae montanis ſiluis denſiſſimis, omniuora, ad pagos hieme non raro accedens.

vulgaris. 12. M. corpore ex rufo fuſco ſubtus albo.
Muſtela quae in domibus noſtris oberrat *Plin. hiſt. nat.* XXIX *c.* 4 (*c.* 16 *Hard.*).
Γαλῆ *Aelian. anim.* IV *c.* 14. XII *c.* 5.
Muſtela domeſtica, viſela *Agric. an. ſubt. p.* 36.
Muſtela proprie ſic dicta *Geſn. quadrup. p.* 851 *cum fig.* mediocr.
Muſtela *Schwenckf. theriotr. p.* 116.
Muſtela vulgaris *Aldrov. digit. p.* 307.
Muſtela vulgaris *Ionſt. quadrup. p.* 152.
Muſtela, Wieſel *Ionſt. quadrup. tab.* 64 fig. bona.
Ein Wieſelein oder Wieſel: etliche nennen es Hermelein, andere Häermlein *Geſn. Thierb. p.* 342 *cum fig.* mal.
Muſtela *Charlet. exerc. p.* 20.
Muſtela vulgaris *Sibb. Scot. an. p.* 11.

Lavellan Animal in Cathaneſia frequens *Sibb. Scot. an. p.* 11?
Muſtela vulgaris *Rai. ſyn. quadr. p.* 195.
Muſtela *Rzacz. Polon. p.* 235.
Muſtela alba vulgaris *Rzacz. Polon. p.* 235.
The Weeſel *Brick. North-Carol. p.* 129.
The Weeſel *Shaw trav. p.* 249.
Muſtela vulgaris *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 44.
Wieſel *Riding. jagdb. Th. tab.* 19.
L'Hermine *Charlev. nouv. Fr. III p.* 134.
Muſtela caudae apice atro *Linn. fn. ſuec.* 1 *p.* 3 *n.* 9.
Das weiſſe Wieſel *Meyer Thiere II tab.* 23.
Das rothbraune Wieſel *Meyer Thiere II tab.* 24.
Muſtela caudae apice atro *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 5 *n.* 5.
Muſtela vulgaris *Klein. quadrup. p.* 62.
Muſtela caudae apice atro. The Muſtela, with the tip of the tail black: the Weaſel *Hill anim. p.* 547.
Muſtela (erminea) caudae apice atro *Linn. muſ. Ad. Frid. I p.* 5.
La Belette: Muſtela (vulgaris) ſupra rutila, infra alba *Briſſ. regn. an. p.* 242 *n.* 1.
Muſtela caudae apice atro *Kram. Auſtr. p.* 312.
Die gemeine Speicherwieſel *Hall. vierf. p.* 454.
Muſtela (Erminea) plantis fiſſis, caudae apice atro *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 46 *n.* 9.
Ein beſonderes Geſchlecht von Hermelinen *Müll. Samml. III p.* 517.
La Belette *Buff. hiſt. nat. VII p.* 225 *tab.* 7 *fig.* 1.
Belette *Dictionn. anim. I p.* 269.
Hermyn-Wezel: Wezel met geſpleeten Voetzoolen, de Staart aan 't end zwart *Houtt. nat. hiſt. II p.* 206 *tab.* 14 *fig.* 5.
Muſtela (Erminea) pedibus fiſſis, caudae apice atro *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 6 *n.* 17.
The Weeſel *Penn. brit. zool. p.* 39 *cum fig.* bon.
Lækatten eller Væſelen *Pontopp. Dan. I p.* 611.
Belette *Bom. dictionn. I p.* 262.

Muſtela (Erminea) pedibus fiſſis; caudae apice atro *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 68 *n.* 10.

The common Weeſel *Penn. ſyn. quadr. p.* 212 *n.* 151.

Donnola *Aleſſ. quadrup. II tab.* 70 fig. Buff.

Die gemeine Wieſel *Pallas Reiſ. I p.* 129.

Common Weeſel *Forſter: Philoſ. transact. LXII p.* 373.

Der Hermelin *Müll. Naturſ. I p.* 274 *tab.* 14 *fig.* 5 Houtt.

Muſtela Erminea *Schreb. Säugth. III tab.* 137 *A* fig. propr.

Muſtela (Erminea) pedibus fiſſis, caudae apice atro *Müll. Dan. prodr. p.* 3 *n.* 14.

Das gemeine Wieſel *Mart. Buff. vierſ. IV p.* 186 *tab.* 66.

Comadreia *Hiſpanis.*

Doninha *Luſitanis.*

Donnola, Ballottula, Benula *Italis.*

Belette *Gallis.*

Bronwen *Cambrenſibus.*

Wieſel *Germanis.*

Wezel *Belgis.*

Weeſel, Weaſel *Anglis.*

Foumart, Fitchet *Eboracenſibus.*

Whitred *Scotis.*

Læ-kat, Væſel *Danis.*

Rös-kat *Noruegis.*

Weſla *Smolandis.*

Laſká, Laſiczká *Polonis.*

Ласмицки (Lasmitzki) *Ruſſis.*

Fert el Heile *in Barbaria.*

Longitudo corporis 6-7 pollicum, caudae $2\frac{1}{2}$ poll. Oculi parui, nigri. Auriculae paruae, rotundatae. Caput et corpus ſupra ex rufo fuſca, ſubtus alba. Macula fuſca infra angulos oris.

Habitat in temperatis Europae et in Africa boreali, rarior in Europa boreali, corpore toto albo. Eſt quoque in America boreali, niſi forte haec vera Erminea ſit. Degit in ſiluis et ad domos. Edit gallinulas, oua, cuniculos iuniores, piſces, carnes, mures, fungos, non plantas. Auariſſima portat praedam in ſuas latebras, neque edit animalcula, vbi ea occidit. Foetida, immunda, ſiticuloſa, noctu praedatur, muribus peſſima, quos totos relictis ſolis dentibus conſumit; eorum adeo foramina intrat. A Fele non facile occiditur. Recurrens accurrensque continuo proſpicit; terrefacta epilepſia conuellitur. Parit quatuor ad ſex coecos. Pellis et excrementa valde foetent.

Erminea. 13. M. auricularum marginibus albis, caudae apice nigro.

Mus Ponticus, quem hodie vocant Hermelam *Agric. an. ſubt. p.* 33.

Armelini *Geſn. quadrup. p.* 852.

Muſtela candida *Schwenckf. theriotr. p.* 118.

Muſtela candida in extrema cauda nigricans *Aldrov. digit. p.* 310 fig. mediocr.

Hermellani *Ionſt. quadrup. p.* 153.

Hermelini *Scheff. Lappon. p.* 343.

Hermellanus *Charlet. exerc. p.* 20.

Muſtela alpina candida *Wagn. Heluet. p.* 180.

Muſtela candida ſ. animal Ermineum recentiorum *Rai. ſyn. quadr. p.* 198.

Muſtela alba, Turuebio Hermelinus *Rzacz. Polon. p.* 235 *auct. p.* 328.

Muſtela candida ſ. Ermineum *Linn. ſyſt. nat. 6 p.* 5 *n.* 6.

Muſtela Armellina *Klein. quadrup. p.* 63.

Muſtela niuea auribus anguſtis, caudae apice nigro. The white Muſtela, with narrow ears, and the tip of the tail black: the Ermin *Hill anim. p.* 548.

L'Her-

L'Hermine: Muſtela hieme alba, aeſtate ſupra rutila infra alba; caudae apice nigro *Briſſ. regn. an. p.* 243 *n.* 2.
Das Hermelin *Hall. vierf. p.* 455.
Hermelinen *Müll. Samml. III p.* 516.
L'Hermine ou le Roſelet *Buff. hiſt. nat. VII p.* 240 *tab.* 7 *fig.* 2.
Hermine *Dictionn. anim. II p.* 430.
When brown, the Stoat; when white, the Ermine *Penn. brit. zool. p.* 40 *cum fig.* bon.
Ermellino *Aleſſ. quadrup. II tab.* 74 fig. Buff.
Hermeline *Pallas Reiſ. I p.* 129.
Der Hermelin *S. G. Gmelin Reiſ. II p.* 192, *III p.* 370.
Muſtela ermineum maius *S. G. Gmelin Reiſ. II tab.* 23.
Stoat and Ermine *Forſter: Philoſ. transact. LXII p.* 373.
Hermelins *Stell. Kamtſch. p.* 125.
Muſtela Erminea β *Schreb. Säugth. III tab.* 137 *B.* fig. propr.
Das Hermelin *Mart. Buff. vierf. IV p.* 196 *tab.* 67.
Armiño, Armelina *Hiſpanis.*
Arminho *Luſitanis.*
Armellino, Ermellino *Italis.*
Roſelet *(fuſca)*, Hermine *(alba) Gallis.*
Carlwm *Cambrenſibus.*
Hermelin *Germanis.*
Hermyn *Belgis.*
Stoat *(fuſca)*, Ermine *(alba) Anglis.*
Hermelin *Noruegis.*
Hermelin, Lekatt *Suecis.*
Gronoſtay *Polonis.*
Горностай (Gornoſtai) *Ruſſis.*
Ielek *Tunguſis.*
Ujing *Burätis.*
Sic-cuſe-ſue *in America boreali.*

Differre

Differre omnino videtur a praecedente, quacum eam confundit perill. Linneus aliique.

Maior M. vulgari, longitudine corporis 10 poll. caudae $5\frac{1}{2}$ poll. Corpus ſupra pallide fuſcum, marginibus auricularum apicibusque digitorum ex flauicante albis. Gula, pectus, venter, alba. Caudae apex perpetuo niger.

Habitat in Europa Aſiaque boreali in ſiluis rarioribus betulinis et locis vliginoſis. Hieme tota alba excepto caudae apice; redeunte verno tempore colore rufo-fuſco. Pellis pretioſa. Optimae ſunt ex provincia Iſetenſi; peſſimae circa Irkuzk capiuntur.

Das verkehrte Hermelin *Hall. vierf. p.* 462 corpore nigro, cauda alba, quid?

niualis. 14. M. corpore albo, caudae apice vix pilis vllis nigris.

Muſtela (niualis) caudae apice vix pilis vllis nigris *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 7 *n.* 18.

Muſtela (niualis) pedibus fiſſis, corpore albo, caudae apice vix pilis vllis nigris *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 69 *n.* 11.

Der Schneewieſel *Müll. Naturſ. I. p.* 276.

Muſtela niualis *Schreb. Säugth. III tab.* 138.

Muſtela (niualis) pedibus fiſſis corpore albo, caudae apice vix pilis nigris *Müll. Dan. prodr. p.* 3 *n.* 15.

Snee-Muus *Danis.*

Snömus *Suecis.*

Seibbſh *Lapponibus.*

Ласка (Laſka) *Ruſſis.*

Unagin *Burätis.*

Simil-

Simillima Ermineo, ſed dimidio minor; niuea caudae apice pilo vix vno alteroue nigro.

Habitat in Weſtrobothnia.

Videant autoptae, num forte ſit varietas alba Muſtelae vulgaris, vti putat Pennantus forteque doctiſſ. Schreberus; quam Linneus quidem confundit cum M. Erminea, quae maior.

Gulo. 15. M. corpore rufo-fuſco, medio dorſi nigro.
Gulo *Geſn. quadrup. p.* 623 *cum fig.* mala.
Gulo *Ol. Magn. ſept. p.* 605.
Roſſomakฺa *Nieremb. hiſt. nat. p.* 188.
Gulo *Aldrov. digit. p.* 178.
Gulo *Ionſt. quadrup. p.* 131.
Gulo. Vielfraes *Ionſt. quadrup. tab.* 57 fig. mala.
Ein ander Vielfraſz *Geſn. Thierb. p.* 358.
Gulones *Scheff. Lappon. p.* 339.
Gulo *Charlet. exerc. p.* 15.
Veelvraaten *Yſbr. Reiſ. p.* 21.
Gulo *Rzacz. Polon. p.* 218 *auct. p.* 311.
Gulo *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 44.
Muſtela rufo-fuſca; medio dorſi nigro *Linn. fn. ſuec.* 1 *p.* 2 *n.* 6.
Muſtela rufo-fuſca: medio dorſi nigro *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 5 *n.* 1.
Gulo. Vielfraſs *Klein. quadrup. p.* 83 *tab.* 5 fig. mala. Confundit praeterea animal noſtrum cum Cane Hyaena.
Vielfraſs *I. G. Gmelin. Sibir. III p.* 492.
Muſtela rufo-fuſca medio dorſi nigro. The reddiſh-brown Muſtela, with the middle of the back black: the Gulo *Hill anim. p.* 546 *tab.* 27 fig. mala.
L'Hyene: Hyaena *Briſſ. regn. an. p.* 233 *n.* 1. confuſa cum Cane Hyaena.

Muſtela rufo-fuſca: medio dorſi nigro *Kram. Auſtr. p.* 311.
Der Vielfras *Hall. vierf. p.* 548.
Muſtela (Gulo) plantis fiſſis, corpore rufo-fuſco medio dorſi nigro *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 45 *n.* 3.
Vielfraſſe *Müll. Samml. III p.* 549.
Goulu *Dictionn. anim. II p.* 283.
Veelvraat: Weezel met de Voetzoolen geſpleeten, het Lyf bruin ros, op 't midden van de Rug Zwart *Houtt. nat. hiſt. II p.* 189. *tab.* 14 *fig.* 4 mala.
Muſtela (Gulo) pedibus fiſſis, corpore rufo-fuſco: medio dorſi nigro *Linn. fn. ſuec.* 2 *p.* 5 *n.* 14.
Roſſomack *Bell trav. I p.* 221.
Glouton *Bom. dictionn. II p.* 333.
Goulu *Bom. dictionn. II p.* 343.
Le Glouton *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 278 confundit cum Vrſo luſco.
Muſtela (Gulo) pedibus fiſſis, corpore rufo-fuſco, medio dorſi nigro *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 67 *n.* 5.
Roſomach, Vielfraſs *Rytſchk. Orenb. I p.* 237.
Muſtela Gulo Linnaei oder Iaerven *Gunnerus: Act. nidroſ. III p.* 121 *tab.* 3 *fig.* 5.
The Glutton *Penn. ſyn. quadr. p.* 196 confundit cum Vrſo luſco.
Der Vielfraſs *Müll. Naturſ. I p.* 265 *tab.* 14 *fig.* 4 Houtt.
Roſomaken oder Vielfräſſe, Timuch genannt *Stell. Kamtſch. p.* 118.
Vrſus Gulo *Schreb. Säugth. III tab.* 144 fig. act. holmienſ. 1773.
Muſtela (Gulo) pedibus fiſſis, corpore rufo-fuſco medio dorſi nigro *Müll. Dan. prodr. p.* 3 *n.* 11.
Vielfraſs *Germanis.*
Ierf, Iærv, Filfras *Norvegis.*
Iärf, Filfraſs *Suecis.*
Gieddk *Lapponibus.*

Roſomak

Roſomak *Polonis.*
Роeамака (Roſamaka) *Ruſſis.*
Tſchatak *Tunguſis.*

Dentes Primores ſuperiores ſex: intermediis quatuor aequalibus vtroque latere quaſi lobatis; extimis longioribus altero latere lobatis. Inferiores ſex, obtuſiſſimi: horum duo alterni interiores. Laniarii ſuperiores ſolitarii, antice remoti, extus rugoſi; inferiores ſolitarii vtrinque approximati. Molares ſuperiores quinque; inferiores ſex: omnes lobati primo vltimoque minuto.

Mihi obſcurum adhucdum animal, nondum enim legi, quae habent de eo acta holmienſia anni 1773. Ex Vrſi genere eſſe audio. Confuſum a variis auctoribus tam cum Cane Hyaena, quam cum Vrſo luſco, animalibus diuerſiſſimis.

Habitat in Lapponiae, Ruſſiae, Sibiriae ſiluis vaſtiſſimis. Victitat Leporibus, Auibus, Rangiferis, Ceruis, cadaueribus. Voraciſſima beſtia deiicit ſe ex arboribus in animalia praetereuntia. Lenta in ceſſu. Ludibundam dicit Stellerus.

Coit Ianuario menſe, parit Maio pullos duo vel tres. Admittit vulpem (*Linn.*). Pellis praeſtantiſſima, olim pretioſiſſima, non hodie. Foetor horrendus, ob quem vix excoriandum animal.

43. VIVER.

43. VIVERRA.

Dentes Primores vtrinque VI: intermediis breuioribus.

Molares plures quam tres.

Lingua retrorſum ſaepe aculeata.

Vngues exſerti.

Ichneumon. 1. V. cauda e baſi incraſſata ſenſim attenuata, pollicibus remotiuſculis.

Ἰχνεύμων *Ariſt. hiſt. anim. VI c.* 35 *n.* 422.

Ichneumon *Plin. hiſt. nat. VIII c.* 24, 25 (*c.* 35-37 *Hard.*) *X c.* 63 (*c.* 83 *Hard.*).

Ἰχνεύμων *Aelian. anim. III c.* 22. *X c.* 47.

Ἰχνεύμων *Oppian. cyneg. III*, 407.

Quil vel Quirpele *Garc. arom. p.* 214.

Ichneumon *Geſn. quadrup. p.* 635 *cum fig.* mala.

Ichneumon *Bellon. aquat. p.* 44 *fig. p.* 45 mediocr.

Ichneumon *Bellon. obſ. p.* 96 *cum fig.* mediocr.

Muris genus ſiluestre, quod indigenae Murem Pharaonis appellant *Alp. Aeg. I p.* 234 *tab.* 14 *fig.* 3 Bellon.

Ichneumon *Aldrov. digit. p.* 298 *fig. p.* 301 mediocr.

Ichneumon *Ionſt. quadrup. p.* 151.

Ichneumon ſ. lutra Aegypti *Ionſt. quadrup. tab.* 67 fig. Bellon.

Mus Indicus *Ionſt. quadrup. tab.* 67 fig. mala.

Indianiſche Mauſz. Ichneumon *Geſn. Thierb. p.* 273 *cum fig.* Bellon.

Ichneumon *Charlet. exerc. p.* 19.

Viuerra Indica Quil el Quirpele dicta *Rai. ſyn. quadr. p.* 197.

Viuerra Indica ex griſeo rufeſcens *Rai. ſyn. quadr. p.* 198.

Ichneumon *Rai. ſyn. quadr. p.* 202.

Der Maushund *Kolbe Vorgeb. p.* 159.

Viuerra Mungo *Kämpf. amoen. exot. p. 574 fig. p.* 567 mediocr.

De Mongkos *Valent. Amboin. III p. 293 cum fig.* bona.

Ichneumon ſeu vulpecula ceylonica *Seb. theſ. I p. 66 tab. 41 fig.* 1.

L'Ichneumon, ou Rat de Pharaon *Maillet Aeg. II p.* 33.

The Ichneumon *Shaw trav p. 249 cum fig.* mediocr.

Der kleine ceylaniſche Fuchs *Meyer Thiere III tab.* 16 *fig.* 16.

Muſtela glauca *Linn. ſyſt. nat. 6 p. 5 n. 9.*

Meles vnguibus vniformibus, leucophaea *Linn. ſyſt. nat. 6 p. 6 n. 2.*

Muſtela quaedam Mungo dicta *Linn. amoen. acad. II p. 97.*

Muſtela aegyptiaca *Klein. quadrup. p. 64.*

Muſtela ceylonica *Klein. quadrup. p. 65.*

The Indian Ichneumon *Edw. birds IV tab.* 199.

Muſtela griſeo et albido variegata. The grey and white variegated Muſtela: the tabbied Mungo *Hill anim. p.* 549.

Muſtela ferruginea cruribus longioribus. The ferrugineous Muſtela, with longer legs: the brown Mungo *Hill anim. p.* 550.

Meles vnguibus vniformibus leucophaea. The bluiſh Meles, with uniform claws: the Ichneumon *Hill anim. p.* 557.

Serpenticida ſeu Moncus *Rumph. herb. amb. auct. p. 69 tab. 28 fig.* 2, 3.

Le Furet des Indes: Muſtela (Viuerra indica) ex griſeo ruſeſcens *Briſſ. regn. an. p. 245 n. 4.*

L'Ichneumon ou la Mangouſte, vulgairement le Rat de Pharao: Muſtela (Ichneumon, mus Pharaonis vulgo) pilis ex albido et nigricante variegatis veſtita *Briſſ. regn. an. p. 250 n.* 12.

Meles (Ichneumon) digitis mediis longioribus, lateralibus aequalibus, vnguibus ſubuniformibus *Haſſelqu. Palaeſt. p.* 271.
Die Pharaonsmaus. Ichnevmon *Hall. vierſ. p.* 460.
Das Ceiloniſche Füchsgen *Hall. vierſ. p.* 461 *tab.* 29.
Viuerra (Ichneumon) cauda e baſi incraſſata ſenſim attenuata *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 43 *n.* 1.
Furet des Indes *Dictionn. anim. II p.* 230.
Ichneumon *Dictionn. anim. II p.* 528.
Rat d'Aegypte *Dictionn. anim. III p.* 669.
Fret, welker Staart van den Wortel af verdient Zynde, allengs weder dun wordt *Houtt. nat. hiſt. II p.* 248 *tab.* 13 *fig.* 1 Sebae.
Ichneumon ou Mangouſte *Bom. dictionn. II p.* 571.
La Mangouſte *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 150 *tab.* 19.
Viuerra (Ichneumon) cauda e baſi incraſſata ſenſim attenuata, pollicibus remotiuſculis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 63 *n.* 1.
The Ichneumon *Penn. ſyn. quadr. p.* 226 *n.* 162.
Mangaſta *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 158 fig. Buff.
Die indianiſche Maus oder der Ichnevmon *Berl. Samml. IV p.* 370 *cum fig.*
Pharaoratze *Müll. Naturſ. I p.* 244 *tab.* 13 *fig.* 1 Sebae.
Viuerra Ichneumon *Forsk. fn. orient. p. III.*
Viuerra Ichneumon *Schreb. Säugth. III tab.* 116 fig. Buff.
Viuerra Ichneumon β *Schreb. Säugth. III tab.* 116 *B* fig. Vosmaerii.
Tezer-dea *in Africa boreali.*
Nems *Aegyptiis.*

Magnitudo Cati, vel paullo maior, longitudine corporis 20 pollicum, caudae 18 poll. Caput prominens, oblongum. Latera capitis iuxta aures compreſſa, infra oculos longitudinaliter parum protuberantia. Vertex ſubconuexus. Frons valde decliuis, ſeu

ſeu perpendiculariter fere a vertice pergens, fere plana, ſenſim verſus oculos vsque ad roſtrum anguſtata. Roſtrum longiuſculum, dorſo conuexum, deorſum valde anguſtatum, inde ad latera verſus marginem maxillae ſuperioris decliue, planiuſculum, verſus oculos valde depreſſum et quaſi excauatum, nudiuſculum, apice nudum, obtuſiuſculum, ſubcalloſum, integerrimum. Maxilla ſuperior, quae totum roſtrum conſtituit, inferiore multo longior; ſubtus integra ſulco paruo in medio notata. Inferior triangularis, apice obtuſa. Nares ſemilunares, ad apicem roſtri iuxta latera eius. Margo ſuperior narium valde conuexus vel gibboſus, gibbere ex dorſo apicis roſtri prodeunte. Oculorum orbita ablonga, ad vtrumque canthum anguſtata, anterius et ad latera excauata. Oculi proxime ſupra roſtrum, ad latera capitis, perpendiculariter ſub auriculis, parui, extra orbitam non exſtantes. Pupilla elliptica, atra. Iris griſea. Auriculae iuxta baſin capitis, ad latera eius, rotundatae, breues, erectae, lanuginoſae, ambitu amplae ratione corporis. Apertura aurium ampla. Lobi duo erecti, lanuginoſi, lati, paralleli, apice ciliati, lineares in anthelice. Pili rigidiuſculi, copioſi, erecti ad tempora, qui aurium aperturam tegunt. Labia latiuſcula, reflexilia, dentes vtrinque tegunt, quorum inferius antice immobile. Myſtaces breues, ſparſi, parum rigidi, ſimplici ſerie longitudinali in vtriusque labii margine diſponuntur in vtraque maxilla. Dentes primores ſupra et infra ſex, breviuſculi, apice obtuſi, exterius conuexi, interius planiuſculi, ſulco paruo longitudinali in medio interioris ſuperficiei notati, aequales. Laniarii ſolitarii: ſuperiores longiuſculi, compreſſi, extus conuexi, intus parum incuruati; inferiores erecti, craſſiuſculi, recti, extus plani, ſulcati, obtuſi. Molares ſupra vtrinque duo lobati: lobis tribus. Rictus

oris mediocris. Apertura oris ſubtus. Lingua plana, apice obtuſa, ſuperficie ſuperiore ſcabra, aculeis breuibus retrorſum ſpectantibus. Collum breviſſimum, cylindricum, capiti et corpori parallelum, hoc paullo anguſtius. Corpus cylindricum, ſupra caudam parum decliue. Abdomen planiuſculum. Lumbi compreſſi, anteriores poſterioribus breuiores. Poſtici anterius craſſiores. Crura anterius conuexa, piloſa, pone planiuſcula nuda; anteriora poſticis breuiora. Digiti vtrinque quinque: pollice breuiſſimo, a reliquis remotiſſimo; ex reliquis digitis medii lateralibus longiores, aequales. Omnes ſubtus lobati, baſi membrana connexi. Vngues antici compreſſi, acuminati, parum arcuati, ſubtus longitudinaliter excauati, terminales, aequales. Poſtici fere recti, compreſſi, dorſo conuexi, apice obtuſi, ſubtus longitudinaliter excauati; terminales, aequales, anticis paullo breuiores et craſſiores. Cauda conica, baſi craſſior vsque ad apicem attenuata, piloſa, longitudine fere corporis. Folliculus ante anum circularis, amplus, ex marginibus ani reflexibilibus conſtructus. Mammae inguinales approximatae. Pili totius corporis ſtricti, breues, ſubrigidi, ſupra longiuſculi, albido et griſeo nigreſcentes annulati; roſtro et pedibus griſeo-nigreſcentibus.

Habitat in India atque in Aegypto in campis et ad ripas Nili, inundationis tempore in hortis et iuxta pagos. Calcaneis incedit inſidioſe et cum ſilentio, ſaepeque rependo. Veſcitur herbis, amphibiis, ſerpentibus, lacertis, muribus, ouis atque gallinis nocturna. Effodit editque oua Crocodili. Facile manſueſcit. Vox murmurans, iratae eiulans.

Serpentum hoſtis, morſa a Serpente Ophiorrhizam aſſumere creditur.

Varietas

naer dier. de l'Johnsonnen Indien. amst. 1772.

Varietas indica minor glauca, an ſpecie diuerſa?

Naſua. 2. V. rufa, cauda albido annulata.

Taxus ſuillus *Aldrov. digit. p.* 267? *cum fig.* mediocri. *Vix.*

Le Coati Mondi *Perr. anim. II p.* 15 *tab.* 37 fig. bona.

Coati Mondi Marcgrav. *Rai. ſyn. quadr. p.* 180.

Vulpes minor, roſtro ſuperiore longiuſculo, cauda annulatim ex nigro et rufo variegata. Quachy *Barr. Fr. équ. p.* 167.

Coati Mondi, Marcgr. *Klein. quadrup. p.* 72.

Le Coati-Mondi à queue annelée: Vrſus naſo producto et mobili, cauda annulatim variegata *Briſſ. regn. an. p.* 263 *n.* 6.

Das Koatimondi *Hall. vierf. p.* 505.

Vrſus naſo producto et mobili, cauda annulatim variegata *Dictionn. anim. I p.* 660.

Le Coati *Buff. hiſt. nat. VIII p.* 358.

Le Coati *Buff. hiſt. nat. VIII tab.* 48.

De Coati-monde *Houtt. nat. hiſt. II p.* 238 *tab.* 15 *fig.* 2 Perr.

Coati *Bom. dictionn. I p.* 608.

Viuerra (Naſua) rufa, cauda albo annulata *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 64 *n.* 2.

The Badger of Guiana *Bancr. Guian. p.* 141.

The Braſilian Weeſel *Penn. ſyn. quadr. p.* 229 *n.* 164 *tab.* 22 *fig.* 1.

Coati grigio *Aleſſ. quadrup. III tab.* 112 *fig.* 2 Buff.

Das Naſenfrett *Müll. Naturſ. I p.* 247 *tab.* 15 *fig.* 2 Perr.

Viuerra Naſua *Schreb. Säugth. III tab.* 118 fig. Buff.

Corpus magnitudine Cati, longitudine 18 pollicum, cauda 13 poll. longa, ſtatura Vrſi Lotoris, rufum vt Vulpis, pilis in dorſo rigidulis. Macula albida ſupra, infra, poneque oculum. Auriculae rotundatae, paruae, ſupra nigrae. Oculi minuti. Verruca

ruca ſupra palpebram ſuperiorem, ſub oculo, in bucca, ſub gula. Gula flaueſcens. Naſus eductus in proboſcidem nigram, longiſſimam, vndique mobilem, apice introrſum truncatam, absque lacuna ſubtus. Dentes primores ſuperiores ſex diſtincti: lateralibus maioribus. Inferiores ſex: mediis conuergentibus. Laniarii ſolitarii. Molares plures. Lingua fiſſuris lobata vt querci folium (non vidit hoc Daubentonius). Cauda erecta, corpore longior, fuſca, annulis decem pallidis, pilis patulis depreſſa, apice compreſſa. Pedes calcaneis incedentes tardo greſſu, etiam ſcandentes. Digiti ſingulis quinque, pollice non remoto. Vngues acuti, compreſſi. Calcanea criſtata perill. Linneus non vidit, neque oculatiſſimus Daubentonius. Mammae ventrales ſex.

Habitat in America: in Braſilia et Guiania. Egregie fodit quaeſitura Lumbricos; victitat etiam ouis, auiculis, muribus, pomis, pane; dum iraſcitur peſſime foetet. Mitis facileque manſueſcit. Vox debilis.

Narica. 3. V. ſubfuſca cauda concolore.

Coati-Mondi *Marcgr. Braſil. p.* 228.

Le Coati-Mondi: Vrſus (Coatimondi) naſo producto et mobili, cauda vnicolore *Briſſ. regn. an. p.* 262 *n.* 5.

Vrſus naſo producto et mobili cauda vnicolore *Dictionn. anim. I p.* 660.

Le Coati noiratre *Buff. hiſt. nat. VIII tab.* 47.

Viuerra (Narica) ſubfuſca cauda concolore *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 64 *n.* 3.

Das Thier Narica *Linné: Act. holmienſ.* 1768 *p.* 152 *cum fig.*

The duſky Braſilian Weeſel *Penn. ſyn. quadr. p.* 230 *n.* 164.

Coati

Jo. Dan. Majoris de nummis Rehdigerianis desiderium (Kil. 1681) 4. pag 60. icon mediocr.

J. J. Walbaum im 1t B. der neuen Schr. der Gesellsch. naturf. Freunde zu Berlin 1795.

Coati nero *Aleſſ. quadrup. III tab.* 112 *fig.* 1 Buff.
Ein ſeltenes Thier Narica genannt *Linné: Berl. Samml. III p.* 199 *cum fig.* Linn.
Der Frettbär *Müll. Naturſ. I p.* 250.
Viuerra Narica *Schreb. Säugth. III tab.* 119 fig. Buff.

Cato paullo maior, maiorque antecedente. Corpus ſupra griſeum, ſubtus album, inter crura poſtica flauicans. Pili ſupra baſi fuſci, medio nigri, apice ferruginei. Collum breue. Roſtrum et auriculae vt in praecedente. Labium vtrumque album. Macula alba ſupra et infra oculum vtrumque. Stria alba a ſuperciliis vsque ad labium ſuperius vtrinque. Nares lunatae. Vibriſſae longae, nigrae, in naſo labioque vtroque. Verruca ſupra palpebram ſuperiorem, ſub oculo, in bucca, pone angulum oris, ſub gula, pone palmas. Dentes Primores ſuperiores ſex, parui, ſubobtuſi, paullulum diſtantes, recti. Inferiores ſex, paralleli, approximati. Laniarii ſolitarii reliquis longiores; ſuperioribus rectis a primoribus, inferioribus curuatis a molaribus remotis. Molares ſupra et infra vtrinque ſex. Sutura pone angulos oris, aliaque in pedibus anticis extus. Pedes calcaneis incedentes, pilis nigris. Volae nudae. Digiti 5-5: pollice breuiore. Vngues incuruati, nigri, compreſſi, longitudine digitorum, in poſticis paullo breuiores. Cauda corpore fere longior, teres, craſſa, villoſa, corpori concolor, recta. Scrotum mari nullum.

Hanc meram praecedentis varietatem putant Buffonius atque Pennantus.

Habitat in America auſtrali. Fodit naſo terram profunde, vt ſola cauda promineat. Edit lumbricos, panem, fructus, radices. Aquam quoque intrat, aſcenditque arbores.

Suricatta. 4. V. pedibus tetradactylis.

Die Ratelmaus *Kolbe Vorgeb. p.* 158?

Le Surikate *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 72 *tab.* 8.

Surikate *Bom. dictionn. IV p.* 278.

The fourtoed Weeſel *Penn. ſyn. quadr. p.* 228 *n.* 163.

Surikate *Aleſſ. quadrup. III tab.* 144 fig. Buff.

Viuerra Suricatta *Schreb. Säugth. III tab.* 117 fig. Buff.

Longitudo corporis pedis vnius, caudae ſex pollicum. Roſtrum elongatum: maxilla ſuperiore longiore maxime mobili. Auriculae rotundatae. Pili corporis longi, rudes, erecti, nigro alboque variegati, apicibus nigris. Pedes 4-4. Cauda gracilis, attenuata.

Habitat in India orientali, num etiam ad caput bonae ſpei? Agilis, ludibunda, mitis; erecta ſedet, cruribus anticis pectori admotis. Victitat animalibus minoribus. Bibit vrinam ſuam.

Buffonius Surinamo indigenum dicit animal.

Putorius. 5. V. nigricans lineis quinque dorſalibus parallelis albis.

Conepatl ſeu vulpecula puerilis *Hernand. Mex. p.* 332.

Conepatl ſeu vulpecula puerilis *Ionſt. quadrup. p.* 134.

Polcats or Skunks *Lawſon Carol. p.* 119.

The Pol-cat *Cateſb. Carol. II p.* 62 *tab.* 62.

The Pol-cat *Brick. North-Carol. p.* 118.

Muſtela Americana foetida *Klein. quadrup. p.* 64.

Ein gewiſſes vierfüſſiges Thier *Kalm. Amer. II p.* 412.

Le Putois rayé: Muſtela (Putorius ſtriatus) nigra, taeniis in dorſo albis *Briſſ. regn. an. p.* 250 *n.* 11.
Der Amerikaniſche Livreiltis *Hall. vierf. p.* 460.
Viuerra (Putorius) fuſca lineis quatuor albidis dorſalibus parallelis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 44 *n.* 3.
Bête puante *Dictionn. anim. I p.* 280.
Putois rayé *Dictionn. anim. III p.* 626.
Amerikaanſche Bontſem: Fret met vier witagtige Streepen, die evenwydig loopen, op de Rug *Houtt. nat. hiſt. II p.* 156.
Le Conepate *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 288 *tab.* 40.
Putois rayé *Bom. dictionn. III p.* 675.
Viuerra (Putorius) fuſca lineis quatuor dorſalibus parallelis albidis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 64 *n.* 4.
The ſtriated Weeſel *Penn. ſyn. quadr. p.* 232 *n.* 166.
Conepato *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 154 *fig.* 2 Buff.
Das Stinkthier *Müll. Naturſ. I p.* 251 *Suppl. p.* 31.
Viuerra Putorius *Schreb. Säugth. III tab.* 121 fig. Catesb.
Pol-cat *Anglis in America.*
Fiskatte *Suecis in Penſiluania.*
Skunk *Noueboracenſibus.*
Pekan *nonnullis in America boreali.*

Magnitudo Muſtelae Putorii, ſed dorſum magis arcuatum. Auriculae rotundatae. Caput, collum, venter, crura et cauda nigricantia. Striae quinque parallelae albae in dorſo et lateribus longitudinales, ſecunda vtrinque in caudam prolongata. Cauda longa, pilis longioribus verſus apicem.

Habitat in America ſeptentrionali. Irritata haec et ſequentes 6, 7, 8, 9, halitum ſuffocantem fere Geranii robertiani fortiſſimum explodit, quo nihil foetidius; ſimulque corpus in globum componit, vrinamque eiaculat ad 18 pedum diſtantiam, foetidiſſimam, oculos excoecantem. Inceſſu tarda,

nec hominem nec feras metuens. Veſtes foetore huius animalis inquinatae purgantur ſepeliendo eas per diem intra terram. Victitat animalibus, inſectis et fructibus. Canes non niſi aſſueti haec animalia adoriuntur, ſaepeque interim naſum terrae immittunt. Caro bona, modo mox cutis detrahatur animali, veſicaque vrinaria remoueatur. Parit in cauis arboribus vel ſub terra inque rupium fiſſuris. Bene aſcendit arbores.

Vulpecula. 6. V. caſtanea ſubtus flaueſcens.

Yzquiepatl ſeu Vulpecula, quae Maitzium torrefactum aemulatur colore *Hernand. Mex. p.* 332 *cum fig.* mediocr.

Vulpes Indica Izquiepatl *Ionſt. quadrup. p.* 134?

Izquiepotl *Ionſt. quadrup. p.* 134.

Yzquiepatl. Ein Indianiſcher Fuchs *Geſn. Thierb. p.* 126 *cum fig.* mala.

Yzquiepatl, ſeu Vulpecula quae Maizium torrefactum colore aemulatur Hernandez *Rai. ſyn. quadr. p.* 181.

Tamandua, mexicana, Yzquiepatl, ſeu Vulpecula dicta *Seb. theſ. I p.* 66 *tab.* 40 *fig.* 2.

Ichneumon de Yzquiepatl ſeu Vulpecula americana, quae colore Maizium torrefactum aemulatur *Seb. theſ. I p.* 68 *tab.* 42 *fig.* 1.

Der mexicaniſche Ameiſenfreſſer *Meyer Thiere III tab.* 11 fig. Sebae.

Coati, Hernandeſii *Klein. quadrup. p.* 72.

Le Blaireau de Surinam: Meles (ſurinamenſis) ex ſaturate ſpadiceo nigricans, cauda fuſca, annulis flauicantibus quaſi cincta *Briſſ. regn. an. p.* 255 *n.* 3.

Das Izquiepotl. Stinkthier *Hall. vierf. p.* 509.

Viuerra (Memphitis) cauda fuſca luteo-annulata, corpore ſpadiceo ſubtus flaueſcente *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 44 *n.* 2.

Blaireau

Blaireau de Surinam *Dictionn. anim. I p.* 298.
Izquepolt *Dictionn. anim II p.* 258.
Stinkdier: Fret met een bruine Staart, die geel geringd is, het Lyf Kaſtanje-bruin; van onderen geelagtig *Houtt. nat. hiſt. II p.* 154 *tab.* 13 *fig.* 2 Sebae.
Usquiepatli *Bom. dictionn. IV p.* 633.
Le Coaſe *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 288, 299 *tab.* 38.
The ſtifling Weeſel *Penn. ſyn. quadr. p.* 230 *n.* 165.
Coaſo *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 154 *fig.* 1 Buff.
Müll. Naturſ. I tab. 13 *fig.* 2 Sebae.
Viuerra Vulpecula *Schreb. Säugth. III tab.* 120 fig. Buff.
Das Braunfrett: Viuerra fuſca *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 32.

Longitudo corporis 18 pollicum. Naſus breuis, gracilis. Auriculae paruae. Crura breuia. Vngues nigri. Corpus caſtaneum, valde piloſum. Cauda longa nigra et alba. Palmas tetradactylas dicit Buffonius.

Habitat in Mexico. Mores praecedentis.

Mephitis. 7. V. dorſo albo linea longitudinali nigra.
Un animal appellé Chinche *Feuill. Iourn. I p.* 272.
Une ſorte de Fouine, qu'on a nommée Enfant du Diable, ou Bête Puante *Charlev. nouv. Fr. III p.* 133.
Le Chinche *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 288, 300 *tab.* 39.
The Skunk *Penn. ſyn. quadr. p.* 233 *n.* 167.
Viuerra Putorius *Linn. mant. II p.* 522.
Chinco *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 153 *fig.* 2.
Der Chinchi *Berl. Samml. IV p.* 298.
Skunk *Forſter: Philoſ. transact. LXII p.* 374.

Viuerra Mephitis *Schreb. Säugth. III tab.* 121 fig. Buff.

Der Chunk: Viuerra Cinche *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 32.

Chinche *in America Auſtrali.*

Viuerra Putorio minor. Auriculae breues, rotundatae. Caput nigrum: linea alba a naſo inter aures ad verticem ducta. Collum ſupra cum dorſo toto album cum linea nigra a cauda per dorſi partem extenſa. Venter et crura nigra. Cauda pilis denſis, longis, rudibus, vtplurimum nigris, interdum apicibus albis: Buffonio tota alba. Vngues valde longi, vt in Melis palmis.

Habitat in Peruano regno et America boreali vsque ad Canadam. Mores et foetor affinium. Manſueſcit.

Zorilla. 8. V. albo nigroque variegata.

Stinking fox *Cieza Peru p.* 235.

Mapurìto, Maſutiliquì *Gum. Orin. II p.* 312.

Bête Puante *Du Pratz Louiſ. II p.* 97 *? cum fig.* mala.

Le Zorille *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 289, 302 *tab.* 41.

The Zorilla *Penn. ſyn. quadr. p.* 233 *n.* 168.

Zorilla *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 153 *fig.* 1.

Viuerra Zorilla *Schreb. Säugth. III tab.* 123 fig. propr.

Der Mapurit: Viuerra Mapurita *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 32.

Minor praecedente. Dorſum et latera ſtriis breuibus nigris et albis ſubflauis. Cauda longa piloſa albo nigroque mixta. Crura et venter nigra.

Habitat in America auſtrali. Peſſime foetet.

capen-

capenſis. 9. V. nigra dorſo griſeo albo marginato.
Stinckbinckſem *Kolbe Vorgeb. p.* 167.
Bléreau puant *De la Caille voy. p.* 182.
Muſtela ſubfuſca, linea longitudinali alba per vtrumque latus ducta: the Guinea Weaſel *Brown. Iam. p.* 486.
Blaireau puant *Dictionn. anim. I p.* 298.
Blaireau puant du cap de bonne eſperance *Bom. dictionn. I p.* 292.
The Fizzler Weeſel *Penn. ſyn. quadr. p.* 234 *n.* 169.
Viuerra capenſis *Schreb. Säugth. III tab.* 125 fig. propr.

Longitudo corporis 2 ped. caudae 8 poll. Roſtrum breue, ſubacuminatum. Auriculae nullae, foramina tamen auditoria. Dorſum medio fuſco-griſeum. Ab oculis ad mediam caudam vsque in vtroque latere ſtria alba. Venter, crura atque apex caudae nigra. Vngues palmarum pollicem longi, plantarum vngues breues.

Habitat ad caput bonae ſpei. Foetidiſſimum animal.

Zibetha. 10. V. cauda annulata, dorſo cinereo nigroque vndatim ſtriato.
Zibethicum animal americanum *Hernand. Mex. p.* 538 *cum fig.* mediocr.
Animalis Zibethici Maris Icon D. Fabii Columnae Lync. *Hernand. Mex. p.* 580 *fig.* mediocr.
Animalis Zibethici Foeminae Icon D. Fabii Columnae Lync. *Hernand. Mex. p.* 580 *fig.* mediocr.
Felis zibethi *Geſn. quadrup. p.* 948 *cum fig.* mediocr.
Hyaena veteribus nuncupata, nunc autem Ciuetta *Bellon obſ. p.* 94 *cum fig.* mediocri.
Thierlein ſo den Zibeth tragen *Rauwolf. Reiſ. II p.* 133.
Chats muſquez *Della Valle voy. I p.* 275.

Hyaena

Clusii curae posteriores. p. 109. icon accurata

Hyaena odorifera *Caſtelli monogr. cum figg.* recuſa quoque in *Ionſt. quadrup.*
Animal Zibethi *Aldrov. digit. p.* 340.
Felis zibethi *Aldrov. digit. p.* 342 *fig.* mediocr.
Animal zibethi, vel hyena veterum Bellonii *Aldrov. digit. p.* 343 *fig.* mediocr.
Animal zibethi *Ionſt. quadrup. p.* 157.
Felis zibetti Zibet Katz *Ionſt. quadrup. tab.* 72 fig. mediocr.
Falanouc *Flacourt Madag. p.* 154.
Felis Zibethi. Zibeth-Katz *Geſn. Thierb. p.* 244 *cum fig.* mediocr.
La Civette *Perr. anim.* 1 *p.* 157 *tab.* 23 fig. bona.
Zibethkatze *Olear. Gott. Kunſtk. p.* 7 *tab.* 6 *fig.* 3 mediocr.
Animal Zibethi *Charlet. exerc. p.* 20.
Animal zibethicum *Rai. ſyn. quadr. p.* 178.
The civet-cat *Barbot Guin. p.* 114, 210.
Zibethkatzen *Boſſm. Guin. p.* 298.
De Civet-Kat *Valent. Amb. III p.* 270.
Un animal connu ſous le nom de Muſc: *De la Peyronnie Mém. de l'acad.* 1731 *p.* 443 *tab.* 1 fig mediocr.
Meles vnguibus vniformibus *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 45.
Die Zibethkatze *Meyer Thiere III tab.* 32 fig. Perr.
Meles vnguibus vniformibus, cinerea *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 6 *n.* 2.
Coati Civetta vulgo *Klein. quadrup. p.* 73.
Meles cinerea vnguibus vniformibus. The grey Meles, with uniform claws: the Civet-Cat *Hill anim. p.* 556 *tab.* 27 fig. mediocr.
La Civette: Meles (Civetta) faſciis et maculis albis, nigris et rufeſcentibus variegata *Briſſ. regn. an. p.* 256 *n.* 4.
Die Zibetkatze. Zibetthier *Hall. vierf. p.* 510.
Viuerra (Zibetha) cauda annulata, dorſo cinereo nigroque vndatim ſtriato *Linn ſyſt. nat.* 10, I *p.* 44 *n.* 4.

Chat

Chat civette *Dictionn. anim. I p.* 504.
Civette *Dictionn. anim. p.* 602.
Sivet-Kat: Fret met een gebandeerde Staart; de Rug
  zwart en wit, golſswyze geſtreept *Houtt. nat. hiſt. II p.* 159 *tab.* 13 *fig.* 3.
Le Zibet *Buff. hiſt. nat. IX p.* 299 *tab.* 31.
La Civette *Buff. hiſt. nat. IX p.* 299 *tab.* 34.
Civette *Bom. dictionn. I p.* 602.
Viuerra (Zibetha) cauda annulata, dorſo cinereo nigroque vndatim ſtriato *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 65 *n.* 5.
The Civet *Penn. ſyn. quadr. p.* 234 *n.* 170.
Zibetto *Aleſſ. quadrup. I tab.* 31 fig. Buff.
Zibetto della Guinea *Aleſſ. quadrup. I tab.* 33 fig. Buff.
Das Zibetthier *Müll. Naturſ. I p.* 253 *tab.* 13 *fig.* 3.
Viuerra Zibetha *Forsk. fn. orient. p.* III.
Viuerra Civetta *Schreb. Säugth. III tab.* 111 fig. Buff.
Viuerra Zibetha *Schreb. Säugth. III tab.* 112 fig. Buff.

قط البر (Qott el barr) *Aegyptiis.*

Can-Can *Aethiopibus.*
Falanouc *in Madagaſcar.*

Longitudo corporis 2 ped. 3 poll. caudae 14 poll. Corpus oblongum. Roſtrum ſubobtuſum, apice nigrum. Oculi caerulei. Orbitae nigrae. Dentes primores ſuperiores ſex paralleli: intermedii paullo minores; inferiores ſex paralleli medii paulo breuiores, alternis interioribus. Laniarii ſolitarii, vtrinque diſtantes. Molares acuti, denticulati. Auriculae breues, rotundatae, tectae. Corporis pili ſecundum dorſum longiores cinereo nigroque vndati, rigidiuſculi. Pedes ſubtus nudi. Vngues 5-5 canini. Cauda Felis annulata. Guttur, Pedes,

des, Venter, nigra. Latera nigro-maculata. Folliculus zibethi inter anum et genitalia in vtroque ſexu, vnicus, propria apertura donatus diſtincta ab ano et vulua, prominente, ambroſiaca.

Habitat in India, Sinenſi regno, Philippinis inſulis, Guinea, Aethiopia, Madagaſcar. Zibethi (ſ. rectius Zabad) circiter drachmam vnam dat omni triduo, ſpatula ferrea extrahendam. Ex mare plus obtinetur. Victitat aniculis; nutritur in Belgio ob Zibethum carne, iunior pulte miliacea. Animal ferum, indomitum; iratum pilos dorſi erigit.

Varietates duas diſtinxit primus perill. Buffonius: la Civette (the Civet Penn.) et le Zibet (the Zibet Penn.). Haec in India orientali, Arabia, dentibus molaribus vtrinque quinque, mammis quatuor pectoralibus et duabus abdominalibus, auriculis magis eleuatis et latis, cauda annulata diſtinctiusque annulata, pilis breuioribus ac mollioribus, iuba nulla: iſta in Africa dentibus molaribus vtrinque ſex, mammis duabus pectoralibus totidemque abdominalibus, roſtro craſſiore, breuiore, ſubconuexo.

Genetta. 11. V. cauda annulata, corpore fuluo-nigricante maculato.

Genetha *Geſn. quadrup. p.* 619 *fig.* pellis *p.* 1102.
Genette *Bellon. obſ. p.* 76 *cum fig.* medioer.
Genetta *Aldrov. digit. p.* 337.
Ginetta Bellonii, Felis ſpecies *Aldrov. digit. p.* 339 *fig.* Bellon.
Genetta *Ionſt. quadrup. p.* 157.
Genetta Geneth Katz *Ionſt. quadrup. tab.* 72 fig. Bellon.
Genetha. Eine Geneth-Katz *Geſn. Thierb. p.* 243 *cum fig.* pellis.

Genetta *Charlet. exerc. p.* 20.

Genetta vel Ginetta *Rai. ſyn. quadr. p.* 201.

The Shibeardou or ſpaniſh Ginetta *Shaw trav. p.* 246.

Muſtela cauda annulis nigris albidisque cincta *Linn. ſyſt. nat. 6 p.* 5 *n.* 8.

Coati Ginetta *Klein. quadrup. p.* 73.

Muſtela cauda annulis nigris albidisque cincta. The Muſtela, with the tail annulated with white and black: the Genet *Hill anim. p.* 549.

La Genette: Muſtela (Genetta) cauda ex annulis alternatim albidis et nigris variegata *Briſſ. regn. an. p.* 252 *n.* 13.

Die Genettkatze *Hall. vierf. p.* 509.

Viuerra (Genetta) cauda annulata, corpore fuluonigricante maculato *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 45 *n.* 5.

Genette *Dictionn. anim. II p.* 259.

Genet-Kat: Fret met een gebandeerde Staart, het Lyf Goudgeelagtig zwart, gevlakt *Houtt. nat. hiſt. II p.* 165.

La Genette *Buff. hiſt. nat. IX p.* 343 *tab.* 36.

Genette *Bom. dictionn. I p.* 605.

Viuerra (Genetta) cauda annulata, corpore fuluonigricante maculato *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 65 *n.* 6.

The Genet *Penn. ſyn. quadr. p.* 236 *n.* 171.

Fuina di Conſtantinopoli *Aleſſ. quadrup. I tab.* 32.

Die Genettkatze *Müll. Naturſ. I p.* 256 *tab.* 31 *fig.* 4.

Viuerra Genetta *Schreb. Säugth. III tab.* 113 fig. Buff.

Magnitudo Felis. Corpus croceo-nigricans, linea dorſali nigra maculisque nigris in lineas longitudinales diſpoſitis, excepto capite et pedibus. Roſtrum acutiſſimum. Auriculae ſubacuminatae. Cauda

annulis octo nigris, totidemque albicantibus. Mammae ventrales quatuor.

Habitat in Oriente iuxta riuos, atque in Hiſpania. Manſueſcit vt Felis. Odorem debilem moſchi ſpirat ex orificio inter anum et genitalia.

Foſſa. 12. V. cauda annulata, corpore cinereo nigro maculato.

Foſſa *Flacourt Madag.* p. 152.
Bieſamkatze *Kolbe Vorgeb.* p. 154?
Ziebet *Kolbe Vorgeb.* tab. 6 *fig.* 3?
Foſſane *Bom. dictionn. II* p. 226.
La Foſſane *Buff. hiſt. nat. XIII* p. 163 *tab.* 20.
The Foſſane *Penn. ſyn. quadr.* p. 237 *n.* 172 *tab.* 22 *fig.* 2.
Foſſana *Aleſſ. quadrup. IV tab.* 159 *fig.* 1.
Das melirte Frett: Viuerra Foſſana *Müll. Naturſ. Suppl.* p. 32.
Die Bieſamkatze *Müll. Naturſ. Suppl.* p. 30?
Viuerra Foſſa *Schreb. Säugth. III tab.* 114 fig. Buff.
Berbe *Guinceenſibus.*
Foſſa *in Madagaſcar.*

Habitus V. Genettae, at minor. Auriculae rotundatae. Oculi nigri. Corpus et crura cinerea admixto rufo. Faciei latera nigra. Ab occipite ad dorſum et humeros lineae quatuor nigrae. Humeri, latera et crura poſtica nigra. Cauda nigro annulata.

Habitat in Madagaſcar, Guinea, Cochinchina, Philippinis inſulis. Fera vixque domanda. Victitat gallinulis et fructibus. Iuniorum caro eſculenta. Odor

Odor nullus, niſi mari oeſtri tempore. Folliculus nullus.

* * *

Duas huius generis ſpecies praeterea depictas habet celeb. Schreberus ex Voſmaerii et Allamandii figuris, quarum deſcriptionem adhuc exſpectamus in pulcherrimo opere:

Viuerra tigrina *Schreb. Säugth. III tab.* 115 fig. Voſmaerii.

Viuerra vittata *Schreb. Säugth. III tab.* 124 fig. Allamandii.

* * *

Felis capite acuminato ex noua Hiſpania *Seb. theſ. I p.76 tab.* 48 *fig.* 1 videtur huius generis.

Naſus ſimus. Auriculae planae, rotundatae. Cauda longa, acuminata. Ex rufo flaueſcit, ventre dilutiore.

Habitat in deſertis nouae Hiſpaniae; altiſſimis inſidens arboribus, capit auiculas. Manſueſcit.

44. FELIS.

Dentes Primores VI acutiuſculi: exterioribus maioribus.
Laniarii ſolitarii, ſupra a primoribus, infra a molaribus remoti.
Molares terni.
Lingua retrorſum aculeata.
Pedes digitati: digitis 5-4: vnguibus retractilibus.

Leo. 1. F. cauda elongata, corpore heluolo.

Λεων, Λεαινα *Ariſt. hiſt. anim. II c.* 1 *n.* 2. *c.* 5 *n.* 23. *c.* 7 *n.* 29. *c.* 8 *n.* 41. *c.* 9 *n.* 50. *III c.* 7 *n.* 102. *c.* 15 *n.* 233. *VI c.* 31 *n.* 393-400. *VIII c.* 9 *n.* 104. *IX c.* 69 *n.* 460-472.

Leo, Leaena *Plin. hiſt. nat. VII c.* 1 (*c.* 1 *Hard.*). *VIII c.* 15, 16 (*c.* 17-21 *Hard.*). *X c.* 45 (*c.* 62 *Hard.*). *c.* 63 (*c.* 73 *Hard.*). *XI c.* 37 (*c.* 65, 67, 86 *Hard.*). *c.* 39, 40 (*c.* 94, 95 *Hard.*). *c.* 43 (*c.* 99 *Hard.*). *c.* 45 (*c.* 105 *Hard.*). *c.* 53 (*c.* 115 *Hard.*).

Λεων *Aelian. anim. III c.* 1, 27. *IV c.* 3, 34, 46. *V c.* 39. *VII c.* 23. *IX c.* 1, 30. *XII c.* 7. *XVII c.* 26.

Λεων *Oppian. cyneg. III,* 7.

Leo *Geſn. quadrup. p.* 642 fig. bona.

Leo

FELIS genus ſobrium, curſu celere, ſcandit facile arbores, noctu potiſſimum ſpeculatur, caſu delabitur in pedes contuſioni vix obnoxium; glans penis ipſi muricata retrorſum; retractis vnguibus acutiſſimis incedit iisque ſaeuit; inhiando ſanguinem haurit; viſa praeda caudam mouet; capite rotundato gaudet. Specierum characteres et ſynonyma difficilius eruuntur.

Leo *Schwenckf. theriotr. p.* 101.
Leo *Aldrov. digit. p.* 2 *fig. p.* 6 *Leaenae* mediocris.
Leo *Ionſt. quadrup. p.* 111.
Leo Löw *Ionſt. quadrup. tab.* 50 *figg.* maris bonae.
Leaena, Leo *Ionſt. quadrup. tab.* 51 *figg.* bonae *maris ac feminae.*
Leo minor *Ionſt. quadrup. tab.* 52? fig. mala.
Leo *Muſ. Worm. p.* 317.
Leones *Bont. Ind. or. p.* 55.
Le Lion *Marmol Afr.* I *p.* 54.
Ein Löw *Geſn. Thierb. p.* 246 *fig. p.* 247 mal.
Le Lion *Perr. anim.* I *p.* 1 *tab.* 1 fig. bon.
La Lionne *Perr. anim.* I *p.* 19 *tab.* 3 fig. bon.
Leo *Charlet. exerc. p.* 14.
Leo *Rai. ſyn. quadr. p.* 162.
Der Löwe *Kolbe Vorgeb. p.* 154 *tab.* 5 *fig.* 3 *maris et feminae* mediocr.
The Lyon *Shaw trav. p.* 244.
Leo *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 43.
Löwe *Riding. jagdb. Th. tab.* 1.
Felis cauda elongata floccoſa, thorace iubato *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 4 *n.* 1.
Leo *Klein. quadrup. p.* 81.
Felis cauda elongata floccoſa, collo piliato. The Felis, with an elongated floccoſe, tail, and a mane on the neck: the Lion *Hill anim. p.* 542 *tab.* 26 *figg. maris et feminae* mediocr.
Le Lion: Felis (Leo) cauda in floccum deſinente *Briſſ. regn. an. p.* 265 *n.* 5.
Felis cauda elongata floccoſa, thorace iubato *Kram. Auſtr. p.* 310.
Der Löwe. Die Löwinn *Hall. vierf. p.* 534.
Felis (Leo) cauda elongata, corpore heluolo *Linn. ſyſt. nat.* 10, I *p.* 41 *n.* 1.
Lion *Dictionn. anim.* II *p.* 686.

Leeuw: Kat met een zeer lange Staart, die een Kwaſt aan 't end heeft, het Lyf ros van kleur *Houtt. nat. hiſt. II p. 96.*

Le Lion *Buff. hiſt. nat. IX p.* 1 *tab.* 1.

La Lionne *Buff. hiſt. nat. IX tab.* 2.

Lion *Bom. dictionn. II p. 697.*

Felis (Leo) cauda elongata, corpore heluolo *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 60 *n.* 1.

The Lion *Penn. ſyn. quadr. p.* 164 *n.* 120.

Lione *Aleſſ. quadrup. I tab.* 1 Buff.

Lioneſſa *Aleſſ. quadrup. I tab.* 2 Buff.

Der Löwe *Müll. Naturſ. I p.* 230 *tab.* 29 *fig.* 4.

Der Löwe: Felis Leo Mas *Schreb. Säugth. III p.* 376 *tab.* 97 *A* fig. Riding.

Felis Leo Femina *Schreb. Säugth. III tab.* 97 *B fig. matris cum catulis* Riding.

Leon (*mas*) Leona (*femina*) *Hiſpanis.*

Leão, Leam (*mas*) Leóa (*femina*) *Luſitanis.*

Lione, Leone (*mas*) Leona, Leonza, Lioneſſa (*femina*) *Italis.*

Lion (*mas*) Lionne (*femina*) *Gallis.*

Löwe (*mas*) Löwinn (*femina*) *Germanis.*

Leeuw *Belgis.*

Lion (*mas*) Lioneſs (*femina*) *Anglis.*

Leyon *Suecis.*

Левъ (Lew') (*mas*) Львица (Lwitza) (*femina*) *Ruſſis.*

Longitudo corporis 8 pedum et vltra, caudae 4 pedum. Caput magnum. Frons quadrata. Oculi ingentes. Naſus craſſus. Labia pendula. Auriculae breues, rotundatae. Maris caput ſupra, mentum, totum collum et humeri pilis longioribus hirſuta, caudaque floccoſa: reliquum corpus pilis breuibus laeue. Pectus robuſtum; artus fortiſſimi. Color luteo-rufus, ventre albicante. Femina non iubata, paullo minor mare, mammis binis (quaternis Buffon.). Cor maximum.

Habitat

Habitat in Africa, rarior in calidioribus Aſiae; Americae plane exul.

Segnis, eſuriens praedatur equos et maiora quadrupeda, nec niſi famelicus hominem. Fugatur accenſa flamma, non galli voce; canibus coercetur. Retro mingit et coit? (negat Buffonius.) Rugitus horrendus a tracheae annulis integris imbricatis. Dormit in aprico. Eſurit tertio die. Tagax. Inceſſus ſublentus, haud currit ſed ſalit. Anima foetida, vrina foetidiſſima. Generoſum, gratum, vehementer manſueſcere veteres habent. Iratus iubam erigt. Olfactu debiliore pollet. Caro editur in Barbaria, ſapore vitulinae, ingrato tamen.

Oſſa duriſſima absque medulla, ſcintillantia cum chalybe veteribus falſo.

Tigris. 2. F. cauda elongata, corpore maculis omnibus virgatis.

Tigris *Plin. hiſt. nat. VIII c.* 4 (*c.* 5 *Hard.*) *c.* 17, 18 (*c.* 23-25 *Hard.*).

Τιγρις *Oppian. cyneg. III,* 98, 340.

Tigris *Geſn. quadrup. p.* 1060 *cum fig.* mediocri.

Tigris *Schwenckf. theriotr. p.* 130.

Tygres *Purch. Pilgr. II p.* 1001.

Tygris *Aldrov. digit. p.* 101.

Tigris ſecundum nonnullos *Aldrov. digit. p.* 103 *fig.* peſſima.

Tigris Geſneri *Aldrov. digit. p.* 104 *fig.* Geſneri.

Tigris *Ionſt. quadrup. p.* 120.

Tigris Tigerthier *Ionſt. quadrup. tab.* 53 fig. mala.

Tigris Geſneri *Ionſt. quadrup. tab.* 54 fig. Geſneri.

Tygre *Boullaye voy. p.* 246.

Tigris *Bont. Ind. or. p.* 52 *fig. p.* 53 mediocr.

Tygerthier *Neuh. Geſandſch. p.* 372 *fig. p.* 373 mediocr.

Tigerthier *Geſn. Thierb. p.* 340 *cum fig.* mediocr.

Tygris *Charlet. exerc. p.* 14.

Tigris *Rai. ſyn. quadrup. p.* 165.

Tigris maculis oblongis *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 43.

Felis cauda elongata, maculis virgatis *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 4 *n.* 2.

Tigris aſiatica *Klein. quadrup. p.* 80.

Felis cauda elongata, maculis virgatis. The Felis, with an elongated tail, and virgated ſpots; the Tyger *Hill anim. p.* 543 *tab.* 26 fig. mala.

Le Tigre: Felis (Tigris) flaua, maculis longis nigris variegata *Briſſ. regn. an. p.* 268 *n.* 6.

Felis cauda elongata, maculis virgatis *Kram. Auſtr. p.* 311.

Der Ceiloniſche Tiger *Hall. vierf. p.* 530.

Felis (Tigris) cauda elongata, corpore maculis omnibus virgatis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 41 *n.* 2.

Tigre *Dictionn. anim. IV p.* 335.

Tyger: Kat met een zeer lange Staart, hebbende Vlacken op 't Lyf, die altemaal geſtreept zyn *Houtt. nat. hiſt. II p.* 108.

Le Tigre *Buff. hiſt. nat. IX p.* 129 *tab.* 9.

Tigre *Bom. dictionn. IV p.* 387.

Felis (Tigris) cauda elongata, corpore maculis omnibus virgatis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 61 *n.* 2.

The Tiger *Penn. ſyn. quadr. p.* 167 *n.* 121.

Tigre *Aleſſ. quadrup. I tab.* 9 fig. Buff.

Der Tieger *Müll. Naturſ. I p.* 235 *tab.* 30 *fig.* 4.

Tiger *S. G. Gmelin Reiſ. III p.* 485.

Felis Tigris *Schreb. Säugth. III tab.* 98 *fig.* le Baſii.

Tigre *Hiſpanis.*

Tigre *Luſitanis.*

Tigre (*mas*) Tigra (*femina*) *Italis.*

Tigre (*mas*) Tigreſſe (*femina*) *Gallis.*

Tieger, Tiegerthier *Germanis.*

Tyger *Belgis.*

Tiger, Tyger *Anglis.*

Tiger *Suecis.*
Тигрѣ (Tigr) *Ruſſis.*
Paleng *Perſis.*
Radja outang *Iauanenſibus.*

Magnitudo Leonis, interdumque maior. Artus fortiſſimi. Corpus caputque laeue, ex flauo fuſcum, maculis virgatis nigris a dorſo verſus ventrem et circum femora. Cauda corpore tertia parte breuior nigro annulata.

Habitat in Aſia, non in Africa. Animal tremendae velocitatis dum ſalit, ceteroquin tardigradum, homini peſſimum, timidum tamen. Mas occidit proprios filios. Viſus qui occidit Leonem. Saltu ex inſidiis praedam adoritur. Parit vere 3-4. Numquam manſueſcit.

Pardus. 3. F. cauda ſubelongata, corpore fuſco maculis annularibus nigris centro notatis.

Παρδαλις *Ariſt. hiſt. anim. II c. 7 n. 29. c. 8 n. 41.*
Παρδαλις *Aelian. anim. IV c. 49. V c. 40, 54. VI c. 2.*
Πορδαλις μειζων *Oppian. cyneg. III, 63.*
Panthera ſeu Pardalis, Pardus, Leopardus *Geſn. quadrup. p. 935 cum fig.* mala.
Pardus, Panthera *Alpin. Aeg. I. p. 237 tab. 15 fig. 2* mediocr.
Pardus *Aldrov. digit. p. 64.*
Pardalion Ariſtotelis *Aldrov. digit. p. 68 cum fig* mediocr.
Pardus *Ionſt. quadrup. p. 116.*
Pardus. Leopardus. Parderthier Leopard *Ionſt. quadrup. tab. 53* fig. mediocr.
Pardus Parderthier *Ionſt. quadrup. tab. 53* fig. mediocr.
Leopardi ſeu Pantherae *Bont. Ind. or. p. 55.*

Leopard oder Leppard *Geſn. Thierb. p.* 253 *cum fig.* mala.

La Panthére *Perr. anim. III p.* 16 *tab.* 3?

Pardus *Charlet. exerc. p.* 14.

Pardalis cuius mâs Pardus *Rai. ſyn. quadr. p.* 166.

Tyger-thiere *Kolbe Vorgeb. p.* 171.

Le Tigre *Des March. voy. I p.* 182.

The Panther *Shaw trav. p.* 244.

Tigris maculis orbiculatis *Linn. ſyſt. nat.* 2 *p.* 43.

Tiger *Riding. jagdb. Th. tab.* 2?

Felis cauda elongata, maculis ſuperioribus orbiculatis, inferioribus virgatis *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 4 *n.* 3.

Pardus, Pardalion *Klein. quadrup. p.* 78.

Felis cauda elongata, maculis ſuperioribus orbiculatis, inferioribus virgatis. The long-tailed Felis, with the upper ſpots round, and the lower virgated: the Leopard *Hill anim. p.* 543.

Le Leopard: Felis (Leopardus) ex albo flauicans, maculis nigris, in dorſo orbiculatis, in ventre longis, variegata *Briſſ. regn. an. p.* 272 *n.* 12.

Felis cauda elongata, maculis ſuperioribus orbiculatis, inferioribus virgatis *Kram. Auſtr. p.* 311.

Der Parder *Hall. vierf. p.* 528.

Felis (Pardus) cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus orbiculatis; inferioribus virgatis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 41 *n.* 3.

Léopard *Dictionn. anim. II p.* 611.

Panthére *Dictionn. anim. III p.* 322.

Luipaard: Kat met een zeer lange Staart, de bovenſte Vlakken op 't Lyf rond, de onderſten langwerpig *Houtt. nat. hiſt. II p.* 117.

La Panthere *Buff. hiſt. nat. IX p.* 151 *tab.* 11 fig. maris *tab.* 12 feminae.

Panthere *Bom. dictionn. III p.* 351.

Felis (Pardus) cauda elongata, corpore maculis ſuperioribus orbiculatis; inferioribus virgatis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 61 *n.* 3.

Leo-

Leopard *Knorr delic. II tab. K fig.* 4.
The Panther *Penn. ſyn. quadr. p.* 170 *n.* 122.
Pantera Maſchio *Aleſſ. quadrup. I tab.* 4 fig. Buff.
Pantera Femmina *Aleſſ. quadrup. I tab.* 10 fig. Buff.
Der Leopard *Müll. Naturſ. I p.* 237 *tab.* 30 *fig.* 5.
Leopardus *Forsk. fn. orient. p. V.*
Felis Panthera *Schreb. Säugth. III tab.* 99 fig. Buff.
Pantera, Leopardal, Leopardo *Hiſpanis.*
Panthera, Leopardo *Luſitanis.*
Pantera, Leopardo *Italis.*
Panthére, Léopard *Gallis.*
Panther, Pantherthier, Parder, Leopard *Germanis.*
Luipaard *Belgis.*
Panther, Leopard *Anglis.*
Panter *Suecis.*
Леопардъ (Leopard) *Ruſſis.*
نمر (Nems) *Arabibus.*

Longitudo corporis fere 7 ped. caudae 3 ped. Auriculae breues acutae. Pili corporis breues, laeues, ſplendentes, fuſci; latera et dorſum maculis nigris e minoribus quatuor vel quinque in annulum diſpoſitis adſperſa, centris nigris. Facies et crura maculis ſolitariis. Dorſum ſerie macularum oblongarum. Pectus album ſtriis obſcuris transuerſis. Venter albus maculis nigris, magnis, irregularibus. Cauda nigro maculata. Apex naſi fuſcus. Artus fortes. Mammae quatuor abdominales.

Habitat in omni Africa, huiusque fere Tigris magnitudine et crudelitate. Ex inſidiis tribus ſaltibus praedam rapit. Equo inſilit ſupra humeros, ſe triplo maiorem aufert. Hominem non adoritur, niſi fame coactus; guſtato autem humano ſanguine non deſiſtit. Dicunt vero eum capere primo aethio-

aethiopem, tum europaeum, vltimo americanum. Caro ſapida. Haud manſueſcit.

Pennantus Aſiae et hunc tribuit atque Americae; americanum autem animal certe alius ſpeciei videtur.

Panthera. 4. F. cauda elongata, corpore albido maculis irregularibus nigris.

Panthera *Plin. hiſt. nat. VIII c.* 15 (*c.* 17 *Hard.*). *c.* 16 (*c.* 21 *Hard.*). *c.* 17 (*c.* 23 *Hard.*). *X c.* 63 (*c.* 83 *Hard.*). *XI c.* 40 (*c.* 95 *Hard.*). *c.* 49, 50 (*c.* 110, 111 *Hard.*).

Πορδαλις ολιγοτερα *Oppian. cyneg. III,* 95.

Leopardus *Schwenckf. theriotr. p.* 102.

Der Leopard *Olear. Reiſ. p.* 437?

Das kleine Pantherthier. Ein Untz. Ein kleiner Löwpard. Ein Hunds- oder Wolffpard *Geſn. Thierb. p.* 256 *cum fig.* mala.

Duo foetus Tigridis ceylonicae *Seb. theſ. I p.* 52 *tab.* 32 *fig.* 7, 8?

The Faadh *Shaw trav. p.* 245.

Das junge ceilaniſche Tiger das Männlein *Meyer Thiere III tab.* 23. Das Weiblein *tab.* 24? figg. Sebae.

Tiegerthiere *Müll. Samml. III p.* 549?

Panterthiere *Müll. Samml. III p.* 549?

Tieger *Müll. Samml. III p.* 608?

Once *Dictionn. anim. III p.* 277.

L'Once *Buff. hiſt. nat. IX p.* 151 *tab.* 13.

Once *Bom. dictionn. III p.* 351.

Babr, Parder *Rytſchk. Orenb. I p.* 225?

The Once *Penn. ſyn. quadr. p.* 175 *n.* 126.

Pantera aſiatica *Aleſſ. quadrup. I tab.* 13 fig. Buff.

Felis Vncia *Schreb. Säugth. III tab.* 100 fig. Buff.

Der kleine Panther *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 29.

Бабръ (Babr), Барсъ (Bars) *Ruſſis*?

Kunik *Tunguſis*?

Iöl-

Iölbars *Bucharice*?
فهد (Faadh) *Arabibus.*

Longitudo corporis $3\frac{1}{2}$ pedum, caudae 3 ped. Caput craſſum. Auriculae breues. Corpus magis elongatum, pedibus breuioribus. Color albido-cinereus ſubflauicans. Caput maculis paruis rotundis nigris: poſt vtramque aurem macula maior. Collum ſupra maculis magnis ſolitariis. Dorſi latera maculis nigris approximatis in ſtrias longitudinales; infra has maculae irregulares magnae. Crura maculis minoribus rarioribus. Cauda ſat piloſa, maculis magnis nigris absque ordine notata.

Habitat in Africa boreali, Perſia, Hyrcania et Sinenſi regno. Eſt ex mitioribus huius generis, vt et venatui inſeruire queat cicurata.

Leopardus. 5. F. cauda mediocri, corpore fuſco maculis ſubcoadunatis nigris.

Variae (*feminae*), Pardi (*mares*) *Plin. hiſt. nat. VIII c.* 15, 16 (*c.* 17 *Hard.*). *c.* 17 (*c.* 23, 24 *Hard.*). *X c.* 73 (*c.* 94 *Hard.*). *XI c.* 37 (*c.* 65 *Hard.*).
Vncia *Geſn. quadrup. p.* 937.
Quelly *Barbot Guin. p.* 115.
Leoparden oder Pantherthiere *Kolbe Vorgeb. p.* 156.
Le Leopard *Des March. voy. I p.* 181.
The leſſer Panther *Shaw trav. p.* 245?
Le Léopard *Buff. hiſt. nat. IX p.* 151 *tab.* 14.
Leopard *Bom. dictionn. III p.* 351.
The Leopard *Penn. ſyn. quadr. p.* 172 *n.* 123.
Leopardo *Aleſſ. quadrup. I tab.* 15 fig. Buff.
Felis Leopardus *Schreb. Säugth. III tab.* 101 fig. Buff.
Der guineſiſche Leopard *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 29.
Quelly *Guineenſibus.*

Longi-

Longitudo corporis 4 pedum, caudae $2\frac{1}{2}$ ped. Pili pallide fului, maculis dorſi laterumque paruis nigris in circulos diſpoſitis maximeque approximatis: Facies et crura maculis ſimplicibus. Pectus et venter pilis longioribus albicantibus. Maculae in cauda magnae, oblongae.

Habitat in Guinea et propinquis terris Africae. Hominem atque beſtiás adoritur, nec manſueſcit. Caro eſculenta. Pellis pulchra. Huic hoſtis Pardus eſt.

iubata. 6. F. cauda mediocri, corpore fuluo maculis nigris, collo iubato.

Leopard *Boullaye voy. p.* 248 *cum fig.* mala.

Une certaine beſte appellée Once *Tavern. voy. I p.* 348.

Tyger-Welff *Kolbe, Vorgeb. p.* 171 *tab.* 6 *fig.* 5.

Der Tiegerwolf *Hall. vierf. p.* 533.

Le Tigre Barbet, ou Tigre friſé: Felis (Tigris criſpa) pilis criſpis veſtita, maculis nigris variegata *Briſſ. regn. an. p.* 271 *n.* 10.

Loup-Tigre *Dictionn. anim. II p.* 709.

Loup-Tigre *Bom. dictionn. II p.* 725.

Le Guépard *Buff. hiſt. nat. XIII p.* 249, 254.

The hunting Leopard *Penn. ſyn. quadr. p.* 174 *n.* 125 *tab.* 18 *fig.* 1 propr.

Felis iubata *Schreb. Säugth. III tab.* 105 fig. propria.

Der Wolfstieger *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 30.

Magnitudo Canis familiaris graii maioris: longitudine corporis $3\frac{1}{2}$ ped. caudae 1 ped. 8 poll. Corpus elongatum. Caput paruum. Irides pallide aurantiae. Naſus apice niger. Linea fuſca ab angulo oris ad angulum oculi. Auriculae breues, fuſcae. Facies, mentum ac gula pallide flauo-

fuſca.

fuſca. Facies leuiter maculata. Corpus pallide fuluum, maculis multis paruis nigris diſtinctis, nec in circulos diſpoſitis. Venter et crura extus maculis maioribus. Collum iubatum, pilis longioribus. Venter albus pilis longioribus. Cauda e rubro fuſca, ſupra maculis magnis nigris, pilis infra valde longis.

Habitat in India atque Africa. Manſuefacta venatui inſeruit.

concolor. 7. F. cauda mediocri, corpore immaculato fuluo.

Puma ſeu Leo Americanus *Hernand. Mex.* p. 518.
Cuguacuarana *Marcgr. Braſil.* p. 235.
Cuguacuara *Piſ. Ind.* p. 103.
Cuguacuarana Braſil. Tigre Luſitanis *Rai. ſyn. quadr.* p. 169.
The Panther *Lawſon Carol.* p. 117.
The Panther *Catesb. Carol. app.* p. XXV.
Le Carcajou ou Quincajou *Charlev. nouv. Fr.* III p. 129? videtur vtique, quamuis nomen ad aliud animal pertineat.
Lions *Condam. voy.* p. 162.
Lions bâtards *Ulloa voy.* I p. 305.
Tigris fuluus, Tigre rouge *Barr. Fr. équ.* p. 166.
Tigris Cuguacuarana Marcgr. *Klein. quadrup.* p. 81.
Le Tigre rouge: Felis (Tigris fulua) ex flauo rufeſcens, mento et infimo ventre albicantibus *Briſſ. regn. an.* p. 272 n. 11.
Der groſſe Amerikaniſche Tiger *Hall. vierf.* p. 533.
Le Tigre *Du Pratz Louiſ.* II p. 90.
Puma *Dictionn. anim.* III p. 612.
Le Couguar *Buff. hiſt. nat.* IX p. 216 *tab.* 19.
Couguar *Bom. dictionn.* I p. 700.
The brown Tiger *Penn. ſyn. quadr.* p. 179 n. 129.
Felis (concolor) cauda elongata, corpore immaculato fuluo *Linn. mant.* II p. 522.

Tigre

Tigre roſſa *Aleſſ. quadrup. I tab.* 17 fig. Buff.
Felis concolor *Schreb. Säugth. III tab.* 104 fig. Buff.
Die braſilianiſche Katze *Müll. Naturſ. Suppl. p.* 30.
Puma *Peruanis.*
Leo americanus *vulgo.*

Longitudo corporis 5 ped. 3 poll. caudae 2 ped. 8 poll. Caput paruum. Auriculae paullulum acutae. Oculi magni. Mentum album. Totum corpus pallide ruſo-fuſcum intermixtis pilis obſcurioribus: pectus, venter et crurum interiora cinerea. Cauda obſcure ferruginea apice nigro. Vngues albi: exteriore palmarum maiore. Corpus elongatum pedesque longi.

Habitat in continente Americae a Canada vsque in Braſiliam. Ferox et rapax, noui orbis Leo; hominem adeo fame coacta adoritur. Verſus ſeptentrionem paullo minor eſt, magisque metuit hominem. Ex arboribus inſilit in praedam. Caro vitulinae ſapore.

nigra. 8. F. cauda elongata, corpore nigro.
discolor Gm. Iaguarete *Marcgr. Braſil. p.* 235 *cum fig.*
Iaguareté *Piſ. Ind. p.* 103 *cum fig.* Marcgr.
Iaguarete Braſilienſis *Rai. ſyn. quadr. p.* 169.
Once, eſpéce de Tigre *Des March. voy. III p.* 285.
Tigris Iaguerete *Klein. quadrup. p.* 81.
Le Tigre noir: Felis (Tigris nigra) maculis nigris ſaturatioribus variegata *Briſſ. regn. an. p.* 271 *n.* 9.
Der gröſte Tiger mit ſchwarzen Flecken auf lichtgelbem Grunde *Hall. vierf. p.* 531.
Iaguarete *Dictionn. anim. II p.* 516.
The black Tigre *Penn. ſyn. quadr. p.* 180 *n.* 130 *tab.* 18 *fig.* 2.
Iaguareté *Braſilienſibus.*

Magni-

vidi in arce Londinensi (the Tower) d. 21 Febr.

Magnitudo vituli annui. Tota nigra, ſplendens, interdum maculis atris. Labium ſuperius album. Labium inferius, gula, venter et crurum interiora albicantia ſiue pallidiſſime cinerea. Vngues albi. Auriculae acutae.

Habitat in Braſilia et Guiania. Crudelior atque ferocior praecedente, ſed rarior.

Buffonius hanc ad F. Onçam refert: ego potius F. concoloris varietatem colore obſcuriorem crederem.

Onça. 9. F. cauda ſubelongata, corpore fuſco-luteſcente ocellis nigris rotundato angulatis medio flauis.

Tlatlauhqui ocelotl ſeu Tigris Mexicana *Hernand. Mex. p.* 498 *cum fig.*

Iaguara *Marcgr. Braſil. p.* 235 *cum fig.*

Iaguára *Piſ. Ind. p.* 103 *cum fig.* Marcgr.

Tlatlavhqui Ocelotl ſeu Tigris Mexicana. Ein Mexicaniſch Tigerthier *Geſn. Thierb. p.* 342.

Le Tigre *Perr. anim. III p.* 1 *tab.* 1 fig. bona.

Tigre de la grande eſpece, que les Portugais appellent Tigre Royal *Perr. anim. III p.* 287.

Pardus an Lynx Braſilienſis Iaguara dicta Marcgr. *Rai. ſyn. quadr. p.* 168.

Tigres de Cayenne *Des March. voy. III p.* 283.

Ianovare iuuenis americanus *Seb. theſ. II p.* 50 *tab.* 49 *fig.* 4 videtur huius pullus.

The Tyger *Brick. North-Carol. p.* 114? *cum fig.* mala.

The Panther *Brick. North-Carol. p.* 115 *cum fig.* mediocr.

Le Tigre *Condam. voy. p.* 161.

Des Tigres *Ulloa voy. I p.* 49, 87.

Tigris Americana Iaguara Braſil. *Klein. quadrup. p.* 80.

Tigris quam Luſitani Tigre Royal appellant *Klein. quadrup. p.* 80.

Le Tigre royal: Felis (Tigris regia) in dorſo fulua, in lateribus ſubcinerea, in ventre alba, maculis longis nigris variegata *Briſſ. regn. an. p.* 269 *n.* 7.

Le Tigre de l'Amerique: Felis (Tigris americana) flaueſcens, maculis nigris orbiculatis, quibusdam roſam referentibus, variegata *Briſſ. regn. an. p.* 270 *n.* 8.

Felis cauda elongata, maculis ſubrotundis fere aequalibus: the American Tiger *Brown. Iam. p.* 485.

Der Amerikaniſche Tiger *Hall. vierf. p.* 531.

Felis (Onca) cauda elongata, corpore flaueſcente maculis nigris rotundato-angulatis medio flauis *Linn. ſyſt. nat.* 10, *I p.* 42 *n.* 4.

Iaguara *Dictionn. anim. II p.* 516.

Amerikaanſche Tyger: Kat met een lange Staart, het Lyf geelagtig, met zwarte Vlakken getekend, die rond zyn doch hoekig, in 't midden geel *Houtt. nat. hiſt. II p.* 121.

Le Iaguar *Buff. hiſt. nat. IX p.* 201 *tab.* 18.

Iaguar *Bom. dictionn. II p.* 564.

Felis (Onca) cauda mediocri, corpore flaueſcente ocellis nigris rotundato-angulatis medio flauis *Linn. ſyſt. nat.* 12, *I p.* 61 *n.* 4.

The Tiger of Guiana *Bancr. Guian. p.* 137.

Tigris americana *Fermin Surin. II p.* 84.

The Braſilian Panther *Penn. ſyn. quadr. p.* 176 *n.* 127.

Der Panther *Müll. Naturſ. I p.* 238 *tab.* 30 *fig.* 6.

Felis Onca *Schreb. Säugth. III tab.* 102 fig. propria.

Onça *Luſitanis.*

Magnitudo Lupi et maior, longitudine corporis ad $4\frac{1}{2}$ ped. caudae $2\frac{1}{2}$ ped. Corpus fuſco-luteſcens maculis

maculis ocellaribus nigris ſaepe pupilla nigra vna alteraue inſtructis. Dorſum ſupra ſtriis aliquot longis nigris. Femora et crura maculis coecis nigris. Abdomen album maculis atris, vt in pedibus, vbi minores. Cauda circiter longitudine corporis dimidii, ſupra profunde fuſca maculis magnis irregularibus, ſubtus maculis minoribus.

Habitat in calidioribus Americae auſtralis, ſaeuiens in homines et animalia. Noctu clamat canis famelici inſtar. Timida, canibus fuganda, praecipue autem ignem horret.

Pardalis. 10. F. cauda elongata corpore fuſco maculis ocellaribus elongatis.

Tlacoozelotl. Tlalocelotl. Catus Pardus Mexicanus *Hernand. Mex. p.* 512 cum fig.

Catus Pardus ſiue Catus Montanus Americanorum *Rai. ſyn. quadr. p.* 169.

Le Chat Tigre *Dampier voy. III p.* 306.

The mountain-Cat *Brick. North-Carol. p.* 116?

Felis cauda elongata, maculis ſuperioribus virgatis, inferioribus punctatis *Linn. ſyſt. nat.* 6 *p.* 4 *n.* 4.

Pardus cauda breui *Klein. quadrup. p.* 78.

Felis cauda elongata maculis ſuperioribus virgatis, inferioribus punctatis. The Felis, with an elongated tail, with the upper ſpots virgated, the lower punctated: the Cat-a-Mountain *Hill anim. p.* 544 *tab.* 27.

